

FRAN. PHILELFI ORATIO FVNEBRIS I

Francisci Philelfi eqtis aurati laureatq; poetæ & oratoris: ac philosophi clarissimi: Orationes: cū quorūdam aliorū operum subiunctione: in quibus omne bene dicē digenus: omesq; artis rhetoricæ partes: ac diuinæ philosophorum & theologorū sententiæ comperiuntur: foelicitate incipiunt.

ORATIONES FVNEBRES.

Francisci Philelfi Oratio parentalis de diui Francisci Sphortia Mediolanensium ducis foelicitate. I

Si fieri posse censerem: ut lamentationibus ac lacrymis sauo & peracerbo naturæ uulnere meo rationis uim deremur: qd' ex incōmodo fortasse magis q̃ ex in se cōtinens immaturo Francisci Sphortia inuictissimi opti Franciscus miq; ducis & clamētissimi p̃ris patriæ obitu oēs Sphortia dux stantissimi principes: sed cohortarer potius etiā atq; etiam ut omne ætatē quoad is reuiuisceret: in assiduis flatibus degeremus & ciulatibus. Non em̃ in unius tanti: tamq; diuini principis amissione: cū nobis cunctis: tum uniuersa Italiae parua quādam facta est uel iactura uel naufragiū: per quē solum ex tanto & tam diuturno belloq; turbine ac fluctibus sedata omnia pacataq; conquieuerant. In sola profecto illius uita atq; animi magnitudine summaq; sapientia: tantā spem sibi florentissima nostra respublica uiriq; omes boni collocarant: ut perpetuā se foelicitatē adeptos opinarentur. Sed **O** fallaces mūdi blanditias: quibus allecti p̃ uarios agitamur errores. **O** lubrica atq; caducam humanæ uitæ conditio nem: qua tum maxime destituimur cū uiuere est dulcissimū. **O** inanis nostros cogitatus: q̃ eo secundis in rebus magis nos decipiūt: quo certiores spe quadā nobis alludunt. Sperabamus nos quidem Frāscice Sphortia te ob maximas tuas innumerabilisq; uirtutes p̃ p̃modū fore sempiternū. Itaq; om̃ia nobis erant læticia gaudisq; plena. Nulli hostes imminebant: nullæ præmebant sollicitudines: nullæ curæ: Tenō minus omes & qui prope essent: & q̃ procul abessent maximi potentatus uerebantur q̃ metuebant. Sub firmissimo tuo tutissimoq; præsidio uitā quieti omes securiq; agebamus. Tenō Italia modo: sed uniuersa Romana ecclesia exteriq; reges: q̃

FRANCISCI PHILELFI

bus ulla aut uis aut iniuria impenderet: subsidio sibi esse ac saluti
 arbitrabant. **N**unc aut te extincto undique suspitiones incumbunt:
 terrores obstreperunt: hostilia arma bellico fragore circumsunt. **H**eu
 heu nos infelicis atque infortunatos: qui tanto tam miti: tam beni-
 gno: tam pio: tam inuicto: tam omni genere probitatis illustri parente
 orbat sumus. **Q**uis in tanta rei indignitate non moreretur: non fortu-
 nam deploret suam: non sese intolerabili dolore conficiat? **V**tinam lice-
 ret **F**rancisce **S**phortia princeps optime ac fortissime sortem comu-
 tare: nemo prorsus sui sibi conscius esset & tui qui non emori quod pri-
 mum optaret: quo tu reuiuisceres. **I**n hanc sententiam indubitato pedi-
 bus iret: non solum constantissima uirago & sanctissima uxor tua **B**lan-
 ca **M**aria: quae te dies noctisque collachrymat: & post matrem tibi omni
 probitate simillimus dux **G**aleacius: qui ob continuum luctum animi
 cruciatur una cum reliquis piensissimis tuis filiis: uerum etiam & amplis-
 simus hic senatus tuus: & aula uniuersa: atque omnes ciues subditi-
 tui: quos unius tui desiderium torquet ac macerat. **C**eterum quo fer-
 ro homo miserrimus: quo meus me uerhemetissimus rapit dolor:
 ut qui alios debeam: me ipsum nequeam consolari? **N**am quid pro-
 dest excellentissimi principes quicquam optare: quod sperare non liceat?
Magnum est fateor & graue & permolestum atque acerbissimum: quod
 nuper omnes uulnus accepimus. **I**d si minus doleamus: aut lapidei
 plane putandi sumus: aut nobis ipsis inimici. **S**ed illud nos tamen
 praeterire non debet animi esse & bene compositi & moderati: & sa-
 pientis nihil appetere supra hominem: nunquam neque a ratione discede-
 re: neque diuinam aduersari iusticiam. **N**um qui sibi ipsi non pepercerit: quoniam
 morti ut homo concederet: parcat simplici homini cuius deus uel
 heroi: ut poeta philosophique appellat. **M**onendum est enim omnibus
 in idemque resoluendum unde manauerint. **Q**uod si mercatoribus ma-
 gna turpitudini damus: ubi aut decoquant: aut reddere depositum
 nolint: quare clementia tanta sit nostra: ut quae deus optimus maxi-
 mus animam nostram fidei ueluti commendarit: hunc repetenti domino
 restituere indignemur? **Q**uare nostra queat superbia tanta esse: qui
 fastus: quare arrogantia: ut qui natura mortales sumus: dignum exi-
 stimemus corporibus quoque effici immortales prius quam moriamur?
Quis usque adeo est nescius sui: quem lateat exteriori cuius homini
 ante resurrectionem immortalitatem uendicari non possit? **S**ed quo pa-
 cto resurrecturus sit quisque: antequam diem obierit? **I**taque necessario
 fit: ut qui nati sunt: omnes aliquando moriantur. **Q**uin eo mors est
 aequiore ferenda animo: & non modo non dolenda: sed merito po-
 tius optimoque iure summa leticia prosequenda in animis ingentia

bus & excelsis: quod hac prauia atq; duce ad sempiternū illud bonum supremumq; peruenitur: quo solo felices beatiq; efficimur. Quæ em̃ in huius mundanæ uitæ procellis ac tempestatibus non modo felicitas: sed ulla omnino tranquillitas offerat. Quod si quæ hic detur fucata cuiuspiam felicitatis imago: quæ tanta est: quantum tam habet cū summo illo & uero atq; incōmutabili celesti bono similitudinē: hæc om̃is uni ex om̃ibus mortalibus & ducibus & regibus **Francisco Sphortia** ita cōtigit: ut decessio magis metuenda iam esset: q̃ accessio cupienda. Id aut̃ sic habere si paucis ostendero: tum equidē uos rogabo: orabo: obsecrabo: ita uobis ipsi mode reminisci: ita consularis: ita pro rationis imperio post animi cunctas prostratas perturbatiōes opitulemini: ut nō uestra magis q̃ illius causa tantā luctus acerbitatē suscepisse indicemini. Hoc em̃ & parui esset animi planeq; ingrati: ac ueluti bono alieno inuidentis. ¶ **Vo-** Ditiſio trib
lunt ergo uiri sapientissimi humanā quā uocamus felicitatē bonis pertita
his cōtineri: quorum altera sunt extra nos: altera uero in nobis: & hæc sane partim corpori: partim animo sunt tributa. Illa uero subiecta fortunæ esse arbitrant̃: quæ quidē ipsa si qua sit tandem eam diuinæ subesse uoluntati nemo sanæ mentis ignorat. Hæc aut̃ tria bonorū genera: quanta cū gloria & diuina quadā indulgētia atq; benignitate in magnanimo illo nostro principe effloruerint: quæ lo diligenter attendite. Incipiendū est igitur ab animi bonis: quæ nostra sunt propria: dein quæ in nobis etiam ipsa sunt de corporis: & postremo de fortunæ bonis differendū: ac de hisce quidē om̃ibus breui oratione: & quantū locus atq; tempus patit̃. ¶ **Vt aut̃ ordi-** Confirmatio
ne progrediat̃ oratio: natus est **Frāsciscus Sphortia** indyto patre illo: & fortissimo belli duce **Mutio Attendulo**: cui primo non minus primæ partē p
ob animi elationē: atq; uires corporis **Sphortia** fuisse cognomen/ approbationē
tum uolunt: q̃ ob ingenij uim cogitatusq; acrimoniā: **Et** est is qui/ **Mutius atten-**
dem natus **Miniati** in **Ethruria** anno a natali christianissimo supra **Sphortia**
millesimū quadringentesimū primū: ad sextū **Kalendas augustas:** **Miniatur**
circiter uespertinū crepusculū: quo tempore pater **Sphortia** ex eo/ **Ethruria**
dem oppido pro republica **Florentina** ualidissimis uiribus **Ioan-** **Florentini**
nis **Galeacij** illius splendidissimi **Mediolanēsiū** ducis: quæ ex urbe **Ioannes Ga-**
Pisas florentina inuaderent oppida agrosq; uastarent: constantissi/ **leacius dux**
me & sua maxima cū laude repugnabat. Is cum primū per ætatem **Pisæ**
licuit: suo pte ingenio: curaq; paterna litteris atq; eloquentiæ ope/ **Ferraria**
ram dedit idq; **Ferraria**. Nam postea q̃ uita **Ioannem Galeacium** **Ferraria**
deseruisset: & per diuturnā obsidionē **Pisas** florentini in deditionē
recepissent: **Sphortia** potissimū opera: **Hic inq; Sphortia** in auxiliū

FRANCISCI PHILELFI

Nicolaus mar a **Nicolao** æstensi nobilissimo principe in bello aduersus **Othonem** chio æstensis tertiu: ab quo magnis uiribus pertinacissime ad extremū usq; per riculum præmebatur: pro uetere beniuolentia accersitus secum dilectissimū aduectum puerū inter **Nicolai** ipsius filios & educari & erudiri studuit. Qui cum in omni probitatis genere nemini æqualiū cederet: intra undecimū ætatis annum tantā est laudem assecutus: ut ad **Ladissau** rex usq; **Siciliæ** maximū & potētissimū regem sui nominis fama personuerit. Nam erat **Franciscus** (nondum em̃ a paterno cognomine **Sphortia** uocabat̃) ad ingenij splendorē: indolisq; præstantiā ijs uirtutibus præditus: quibus supra ætatē admirandus apud om̃es uideretur. Nam ab ipsa infantia ad ultimā usq; diem fuit paucissimi admodum somni: cibi moderati: ac minime exquisiti: potusq; dilutissimi. Hoc em̃ uiuēdi genus: tum ingeniu rededit acutius: tum corpus & ad bonam ualitudinē: & ad uires plurimum adiuuat. Quanta esset in om̃es facilitate: quanta mansuetudine: quanta humanitate: quanta clamētia: quanta dilectione: quanta etiā animi uel magnitudine uel altitudine: nemo est qui nesciat. Quid em̃ loquar de iusticia eius mirabili quadā cōmiseratione cōdita: Quid de cōstantia seruandæ fidei: Quid inuictō animi robore atq; fortitudine: Vt erat om̃i corporis immundicia ineptitudineq; superior: ita nihil ex illius ore nō modo obscōrū aut rusticū: sed ne incultum quidem: aut leue quicq; unq; effluebat. Mira in illo grauitas erat cum incredibili quadam lenitate cōiuncta. Vituperabat neminē: castigabat modice: operāq; dabat ut pudori magis esset q̃ metui: assentatores & subdolos odio habebat. Sed apertō homines ingenio ac ueros plurimū diligebat. Calumniatoribus & maledicis nō modo nō patefaciebat auris: sed eos leuitatis suæ improbitatisq; admonebat. Et cum foret in alienas laudes copiosus: de suis nō solum non loquebatur: sed nec etiā audire patiebat̃. Nemo profecto uno **Frācisco** **Sphortia** modestior unq; fuit: nemo uerecundior: nemo continētior. Tanta uero beniuolentia suos oīs complectebat̃: non sanguine coniunctos dumtaxat: sed quoscūq; semel accepisset in suos: ut eos ab se abire neq; iure neq; iniuria unq; sineret. Quid quod etiā fuisset optandum: si quod ab eo uel factū aliquanto seuerius: uel dictum in quēq; uahementius prodisset. Nam quem putasset ulla ex parte ab sese offensum: tanta continuo humanitate: tanta prosequēbat̃ beneficētia: ut illum sibi nō secus ac indulgentissimo patri: aut numini cuipiā affectū redderet. Tanta autē erat in rempublicā charitate: ut neglectis quodāmodo suis cōmodis: om̃e studium suū: om̃ē operam: om̃ē industriā ad pu-

*Quibus natura
dedit robore*

blicam referret & utilitatem & dignitatē. Quot em̄ quantosq; the-
 sauros consumpsit in deducendo ex **Addua** hoc riuo: uel potius flu-
 mine: q̄ nō ex **Addua** solū: sed ex **Lario** lacu: & supra **Lariū** ex **Tel-**
 lina ualle a germania usq; res admodū & infinitæ & utilissimæ ad
 nos important̄: **Quid** em̄ meminero cum alia maxima & splendi-
 dissima ædificia: quæ ad publicū usum fabricatus est: tum arcem
 hanc quæ portæ **Iouis** appellat̄: **Quod** ullum in mediū afferamus
 ex septem illis: quæ in uniuerso terrarū orbe memorant̄ mirabilia:
 quod cū hac una arce uel magnificentia: uel pulchritudine: uel ullo
 excellentiæ genere comparari queat. **Non** em̄ huiusmodi opus mo-
 litus est **Franciscus Sphortia** ad illū suū: sed ad publicum & usum
 & cōmodum. **Nam** arcem sibi suā munitissimā tutissimāq; consti-
 tuit in animis & charitate ciuiū: quosq; cōmoda & emolumēta oīa
 immortalitati sibi ducebat esse. **Et** qm̄ a primis usq; annis nō secus
 atq; teterrimā pestem aliquam formidaret mali nominis famam:
 om̄is cogitatus & actiones suas ad honestatem & gloriā referebat.
Itaq; nullum neq; laborē corpore: neq; periculum animo detracta-
 bat. **Viros** doctos & eruditos in om̄i genere uitæ: & audiebat liben-
 ter: & honorifice munerabat. **Tanta** erat ingenij magnitudine: tan-
 ta rerū humanarū pertractatione & diligentia: ut nihil prorsus qd̄
 esset memoratu dignū ignorare uideret̄. **Itaq;** inter prandendum
 nebat: ad idq; non iucunde minus q̄ subtiliter disputabat: tanq; iu-
 dicaret nihil esse ocio atq; desidia a dignitate hominis alienius. **Et**
 quia per omnē uitam nihil unq; temere: nihil inconsulto inire con-
 suesset: om̄ia semper ex sententia sua fauste atq; fortunate cōseque-
 batur. **Quis** em̄ ambigat uiro fortissimo eidēq; prudentissimo se-
 cunda om̄ia contingere oportere: **Fauet** em̄ deus auxilioq; est sem-
 per iustis cōceptis sanisq; conatibus: cunctos in se sperātis amplecti-
 tur ac fouet: id quod sapientissimus princeps noster assidua medi-
 tatiōe præ se ferens: nihil aut iustum: aut laude ulla dignū existi-
 mat: quod a religiōe pietateq; abhorreret. **Quare** diuino cultu atq;
 ueneratiōe fidei christianæ nihil esse apud se antiquius unq; uoluit.
Quibus quidem innocentissimis & optimis institutis summa est
 omnia cum laude consecutus. **Quod** autem secundo loco dicen-
 dum mihi proposueram: quibus corporis adminiculis ad hæc tā-
 ta & tā eximia animi bona esset adiutus: breuibus pstringamus.
Fuit corpore **Frāsciscus Sphortia** cum robustissimo: tum erectiore
 paulo supra cōmunem atq; mediocrem hominis proceritatem: &
 eo plane heroico. **Erat** is em̄ (ut norunt om̄es) mirabili quadam

Addua
Larius lacus
Tellina uallis
Germania
Arx portæ **Iouis**

Confirmatio
 secūda partis
 per approba-
 tionem

FRANCISCI PHILELFI

membrorum compactione ad conuenientem ac decoram inter se
se proportionem cum tanta oris dignitate & maiestate uultus: ut
uel solo aspectu dignus iudicaret imperio. Et cum omnium sensum
integritate ceteros homines plurimum antecelleret: tum uisu adeo
erat acerrimo: ut etiam inter praeliandum hostium uel minimum
quodque erratum prospiceret admodum longius: eosque continuo lue-
re suae stulticiae poenas cogeret. Quid enim loquar de eius agilita-
te atque dexteritate ad omnem motum & gestum: quae tanta erat ut
quicquid facere aggredere: dicto citius effectum redderet. Qua-
re cum ei per aetatem liceret & luctatione & saltu & cursu: ita aequa-
les omnis anteibat: ut inueniret neminem qui secum contendere au-
deret. Iactu autem aequae atque omni dimicandi arte delectatus: fer-
ream sudem: aut saxum ingentis ponderis multo longius emitte-
bat quam alij tragulam aut pilam. Nam & iaculationem & catapul-
tam & equitationem & meditationem omnem bellicae disciplinae ab
usque puero ludendo uenandoque didicerat: quae quidem singillatim
omnia & sub patre Sphortia: & suo ductu: atque auspicijs longo usu
& multa exercitatione bellando pugnandoque confirmarat & ad
summum usque auxerat. Et erat Franciscus Sphortia foelici adeo cor-
poris temperamento: ut uniuersum diem nudo capite staret in so-
lem immotis etiam paribusque pedibus: & frigus non pluris faceret
quam calorem. Eae autem uires & in brachijs inerant & in manibus:
ut quem arcuius circumplexus medium strinxisset: eum tanquam exa-
nimaret. Quae uero pugno percussisset in caput: semianimum repen-
te humi prosterneret. Voce pro tempore utebatur nunc leni ac mi-
ti: nunc graui & moderata: & cum sonora semper: tum cum usui es-
set concitata & graui & horrenda. Quid enim meminero de miri-
fica eius linguae bonitate: quae in omnem usum uidebatur diuina po-
tius quam humana. Quid pluribus? In corpe pulcherrimo Herculeae
uires inerant: & tanta in singulis membris bonitas: ut animi bonis
nulla ex parte cederet. Ceterum quoniam duas foelicitatis partes
iam percurrimus: reliquum est: ut de fortunae commodis eadem
breuitate transigamus. Quod modo dicebatur: natus est Francis-
cus Sphortia in Ethruria: quae regio & uniuersa Italia est: maxime
ab omni aeris caligine nebulaque remotior: ob eamque rem ab ethra
quae serenitatem significat: ethruria nomen sumpsit. Itaque natus sub
eiusmodi caeli serenitate & ingenio erat perspicacior & acritate sen-
suum natura nimirum alacrior. Quod autem ad generis attinet
splendorem: si altius fuerit quam a patre Sphortia repetendum: a re-
Attenduligibus Datiae: & urbe Atteda reperiemus Attendulorum familiam

Confirmatio
teriae partis p
approbatione
Ethruria
Ethra

Daciae reges
Attenda
Attenduli

ORATIO FVNEBRIS I

originem duxisse: quod ipse non minus cum illis sentio: qui a **Mutio Mutius** scauo
 illo **Scauola** affirmant manasse attendulos: qui **Porfenam** regem la-
 elusinos occisurus cum frustra tam egregium facinus pro liberanda **Porfena** rex
 patria esset adortus: in dexteram sauerit suam foculo imectam ignito:
 id quod ipsius **Sphortia** proprium nomen probat **Mutius**. Id enim & inter
 scauolas erat illustre: & inter attendulos apprime celebratum. Sed
 ne singula prolixius persequar: ubi **Franciscus** in aula gratissimi il-
 lius & clarissimi principis **Nicolai** astensis: quem pater **Sphortia** propter
Othonem tertium a se oppressum extremo periculo liberarat: maior **Otho**
 rem infantiae partem & pueritiam quoque ad undecimum usque aeta-
 tis annum cum mirabili spe probatis & laude peregrisset: **Neapolin** **Neapolis**
 iussu patris aduectus est. Id quod propterea fecit pater: quo regi
Ladislao gratificaretur. Is enim pueri fama delectatus hunc uide-
 re cupiebat. Nec sua de puero se opinio falsum habuit. Nam cum
 primum in illius conspectum **Franciscus** uenisset: regem ingenio quo-
 dam strenuoque pudore ueneratus alacriter salutasset: essetque appo-
 site & ornate locutus pluraque: eum **Ladislaus** perinde atque filium am-
 plexatus deosculatusque **Tricarico** donauit: eius comitatus orna-
 tum insignibus: initium sane pulcherrimum ad latioris fortunae prin-
 cipatum. Et non modo dies non praeteribat: sed ne hora quidem:
 quin puerum cum ei a maximis occupationibus suis facultas of-
 ferret: ad se accersitum uariis de rebus interrogaret. Cui cum ille
 & impigre & argute uerecundeque responderet: admirationem in
 dies magis atque magis de sese apud regias aures mentemque auge-
 bat. Cumque frequenter esset: tum in aula regia: tum apud regem:
 studebat quotidie doctior fieri rerum etiam urbanarum ac totius
 regiae disciplinae: utpote praefago eius ingenio futurae gloriae ac re-
 gni. Sed ubi paucis post annis rex **Ladislao** uita excessisset: & **Io-**
 anna soror quae **Ladislao** successit in regnum **Iacobo** barhonen-
 sis comiti nupsisset. Hic inquit **Iacobus** barhonen-
 sis **Sphortiam**: quoniam **Iacobus** bar-
 niam putaret nefariis suis in reginam uxorem opprimendam cogi honen-
 tatibus repugnaturum: & cum & filium **Franciscum**: qui aetatis an-
 num iam ageret quartum ac decimum: in subterraneum munitissimae
 turris carcerem arcis uel appellatae coniecit sine ulla omnino spe fu-
 turae aliquando libertatis. Quam rei saeuicia atque diritatem mole-
 stissime adeo tulit **Sphortia**: ut in filium coniectis oculis quem unum
 supra uitam etiam ipsam mirifice amabat: mortem sibi consciscere
 peruiatus decreuerit: ad quam (ut erat animo ferocissimo) cum
 furens praecipue ferretur in proximum turris parietem caput infil-
 sturus: subita atque miserabili & suauiter accommodata facundissimi

FRANCISCI PHILELFI

Timothæus filij oratione non secus ab illo omni immanitatis impetu & coerci-
mus tus est: & ad mentē sanioris cōsiliij redactus: q̄ a **Timothæo** musi-
Alexāder rex co ferūt **Alexandrū** regem ab armis esse ad conuiuiū reuocatum.
 Quo pietatis officio est effectum: ut pater **Sphortia** ex prope iam
 mortuo reuixerit: ac non multo post per reginā **Ioannā** ipsam post
 cōpressam atq; prostratā **Iacobi** uiri p̄fidiam: ac uim oēm iniusto
 carcere liberatus una cū pientissimo probatissimoq; filio magnas
 res gesserit & præclaras. Regia ꝑo cū maximis honoribus **Sphor-**
tiam emolumentisq; cumulauit: tum **Franciscū** eius filiū: cuius in-
Arrhianū genio & oratione pater seruatus esset: **Arrhiani** atq; **Apicis** comi-
Apex tatibus donauit. Quid autē memorē: uel potius admirer primum
Angelus label spectatissimi adolescentis tyrociniū aduersus **Angelū** labellū uirū
ius belli gloria insignē: qui ob hæsitantia linguæ **Tartalia** habuit co-
Tartalia gnomentū: Nā ubi **Sphortia** **Bracio** a se fugato ex urbe **Roma** **Io-**
Bracius annæ reginæ iussu urbeq; ipsa in reginæ potestatem redacta insti-
Roma tuisset ultionē capere (ut par erat) de uetere inimico: **Tartalia** q ad-
Ioāna regina uersus sese quo tempore **Neapoli** primū auctore **Pandulphello**:
Neapolis quē regina in delictis habebat: carcere tenebat: cū **Bracio** conspira-
Pādulphellus rat: quo ipso consentiente fauēteq; & **Tuscanellam** urbem: & alia
Tuscanella eius plarāq; oppida ui opprefferat: ad **Tuscanellā** ipsam instructa
 acie pugnaturus p̄fiscit. Quo i loco **Tartalia** ipse cōtra magnis
 uiribus in aciem egrediū. Pugna mox utrinq; pari animoꝝ ui atq;
 ardore conserit. Diu multūq; certat. Neuter pedē refert. **Ala** iter
 ac fortiter incumbunt **Sphortiani**: constanter hostes ferociterq; re-
 pugnant: neutri cedunt: spes prope utrinq; par. Tum probus gene-
 rosusq; adolescēs: qui uix dum septimū foret ingressus ac decimū
 ætatis annū: ubi ex patre percunctatus certo didicisset: qui nā esset
Tartalia: (nam is inter pugnādū ne posset agnosci sagulū equūq;
 mutarat) ilico per conuertissimum aduersariorum præliantiū glo-
Tartalia bum districto ense in unum **Tartaliā** equū dirigit. Quem ille ubi
 per uastam occurrentium eadem cominus in se irruentem aspicit:
 perinde atq; stupidus atq; sui impotens: repente in fugam uersus
Tuscanella uix suorum præsidio intra portam **Tuscanellæ** sublato ponte de-
 missaq; cataracte se recepit permagno numero fortissimorum mi-
 litū amisso: ferēq; postea cōuersus ad suos dixisse illū sibi (nam qui
 nam esset: ex **Pellino** cotignolano: qui intra portā est captus: acce-
 perat) non uideri adolescentem: sed tigrē: sed leonem: sed horribi-
 le quoddam prodigium. At quanta fuit illa uel prudētia: uel clā-
Calabria mētia: qua est in eos milites usus: quos antea in **Calabria** a se trās-
 fugas ad hostis gotthalanos prælio oīs captiuos fecit. Gerebat em̄

bellū **Sphortia** pro **Lodouico Andegauensi** rege tertio: regis huius **Lodouicus** an
Renati fratre aduersus **Alphonsum** regem regis. Item huius **Pher-** degauensis rex
dinandi patrem: quē regina **Ioanna**: quo ualidior foret contra **Lo-** **Renatus** rex
douici factionē adoptarat. Præerat in **Calabria** maximis **Alphon-** **Alphōsus** rex
si firmissimisq; uiribus **Raymundus** **Boylus**: aduersus quē ipsum **Pherdinan-**
Franciscus mittitur a **Lodouico** cum potestate regia natus: annos: **dus** rex
unum ac uiginti. Huic dat pater **Sphortia** pulcherrimā militū ma- **Ioanna** regina
num: & cum his ueteranos quosdā: quorū fide ducebat sibi certius **Raymundus**
nihil. **Francisci** aduentu in **Calabriā**: cū omnis **Gotthalanorū** impe- **boylus**
tus retardatus repressusq; est: tum ob uitæ continentia atq; innocē **Fr. Sphortia**
tiam: & ob singularē illam morū facilitatē: humanitatēq; adeo in- **Gotthalani**
credibilem erga se omniū **Calabrorū** beniuolentiam conciliauit: ut
ulstro uniuersa prope illa regio ad eius fidem perspectaq; uirtutem
tanq; ad publicum aliquē **Cornelium Scipionē** illum qui primus **P. Cor. scipio**
est **Africanus** cognominatus: certatim confugeret: cum anno dein **africanus**
proximo ij quos sibi maxime fidos **Sphortia** putabat: omnes præ-
ter duos **Pellinum** **Buldrinū**q; **Faentinū** transfugerūt ad **Gottha-** **Pellinus**
lanos: **Francisco** ipso inter hostium quasi retia relicto atq; destitu- **Buldrinus**
to. **Sed** hic (ut erat animo inuicto) nequaq; subita p̄fidia fractus
ubi secum reliquis copijs quadrato agmine sine ullo tumultu in ea
oppida recepisset: quæ a **Lodouico** rege stipendij uice octo posside-
bat: cœpit cōtinuo hostilem agrum circūcurrere: prædari: uastare:
ac nusq; hostibus quiescendi spaciū præbere: cum tandem trans-
fugæ itinera quæq; assidue conatusq; omnis q̄ diligentissime odo-
ratus sine ullo suo discrimine: & cum maxima **Gotthalanorū** clade
uniuersos cœpit in agro qui dicitur sancti **Marci**: quo illi populatu **Ager sancti**
iri processerant. Req; ad patrē **Sphortiam** significata curriculo qui **Marci**
eodem ipso die **Alphonsum** regē collatis signis fuderat: fugaratq; **Alphōsus** rex
nō procul ab urbe **Neapoli**: ab eo iubetur: ut perfidis illis omnibus
suspensis laqueo gulas frangeret. Quod patris imperiū cum uide-
retur clamētissimo adolescenti sauerius: & alienū ab eius cōsuetu-
dine (Nam erat etiā ipse **Sphortia** mitissimus) paululū subdubius
stetit cogitabundusq;: ut qui & patri parendū esse duceret: & nihil
crudelius faciundū. Dein cōuersus ad nunciū: **Dic** inquit: mihi tu:
quo uultu pater ut ista mihi referres imperauit: **Respōdit** ille & mi-
naci & iracundo. Tum **Franciscus**: **Non** igit pater iussit: si iussit ira-
cūdus. Itaq; accersitis illis ad se captiuis inquit: Quoniā uobis hu-
manissimus pater meus erratisq; uestris ignoscit: ego uos omnis q̄
liberrime missos facio: optionēq; permitto & manendi ut antea: &
abeundi pro arbitrio uestro. Tum omnes præ laticia collachrymā

FRANCISCI PHILELFI

tes & patri gratias egerūt & filio: ac sese manere uelle alacriter respōderunt: fuerūtq; ex illo die & fidelissimi semper & **Sphortianæ** gloria uni omniū maxime studiosi. Quod factū cū prope diē **Sphortia** ex litteris filij didicisset: cōuersus ad circūstantis subridens ait: **Longe** filius est patre suo prudentior. Quis autē eius uel constantiā uel grauitatē non iure optimo admiret: qua est usus quo tempore pater **Sphortia** profecturus in reginā **Ioannæ** auxilium aduersus

Bracius **Bracium**: quē tota formidabat **Italia**: ad tertiū nonas **Ianuarias**:

Apernus feria secūda: qui diēs est lunæ: in fluminis **Aperni** transitu: cui nūc

Piscaria a **Piscaria** proximo oppido in ripa sito: uulgare est nomē **Piscariæ**: lapsu equi submersus perijt. **Braciani** equites ac pedites: q; pro **Bracio** **Piscariā** præsidio tenebāt: cum uidissent **Sphortianos** transitū **Aperni** moliri: ad eius ostia per uāhementissimos maris creberri-
mosq; fluctus ex oppido erūpentes: occurrunt ad fauces transitum pro uiribus prohibitori: quod eo maioribus animis agebāt: quod sperarent id sibi facillimū factū fore: quoniā **Franciscus** adolescens dumtaxat natus annos duos & uiginti cum alijs equitibus quinq;

Michael transisset: & post illos **Michael** **Attendulus**: & **Sphortia** imperator
attendulus octauus: ac mare contrarijs uentorum turbulentissimisq; flatibus agitatū assidue magis atq; magis exasperaceret. At **Franciscus** adolescens (ut erat aio excelso atq; inuictō) calcarib⁹ cōfestim crebrioribus equum adigēs: & longiori innixus hastā ueluti uernus coluber: strenuo celeriq; cursu in obuios hostes fertur tanta auditiā ac uiribus ut eos palantis in fugam ageret. Quod **Sphortia** pater corā aspiciēs: gestiēsq; laticia & uoce & manu ad trāsmēandū suos hortatur cōmilitones: quos ob fluctuū magnitudinē cum senioris uidet ad transitū: ipse rursus quo formidantibus fiduciam iniiciat: ad exercitum remeans dum pone periclitanti armigero inter fluctus dexterā sublaturus porrigit: & equus quo insidebat posterioribus desertus pedibus labitur: & imperator ubi ephippio est excussus: & si bis sustulit manus ferreis graues chirothecis perinde quasi auxilium implorans: tamen & thoracis reliquorūq; armorū præsius pondere: & **Aluei** fundo pedū nixū non sustinente ingruentium fluctuū altitudine obrutus: tanq̃ in **Numico** **Aeneas** diu post

Numicus ea ac multum quæsitus nusq; apparuit. At **Franciscus** subiti casus ignarus: ubi inter fortissime præliandū de surrepti patris acerbitate clam per quendam ex cōmilitonibus est commonefactus: q̃q̃ intolerabili cordis uulnere eiusmodi nuncio est transfixus: tamē re omī dissimulata paulatim sese atq; pedetentim ex ea pugna subducit ad suos: hostibus minime insequentib⁹: quippe qui & deteriori

in ea pugna fuissent conditione: & de repentino **S**phortia obitu nihil noscent. Ac ne hostes facerent impetum in eos: quos post sese reliquisset: ultimus esse uoluit qui reciperet ad exercitum. Itaque ubi reliqui remeassent: qua modo transierant: ipse solus inscensa trabe caua: quae casu in flumine est reperta: inter sagittas & omnis generis missiliū innumerabilis iactus breuissimo se conto remigando recepit ad socios: quos omnis cum & extremo dolore cōfectos: & tumultuantis offendisset: eos est sua oratione adeo consolatus: & ita in latioris fortunae spem erexit: ut & ipsum imperatorem suū continuo salutarint: & ut de se oīa sibi reciperet: uno cōsensu & eodē ore alacriter affirmarint. At **Bracius** **S**phortia obitum nō dissimulāter collachrymatus tulit permolestē: siue q̄ meminisset pristina suam cum illo familiaritatē atq; beniuolentiā: siue q̄ in **S**phortia aduerso casu sui (ut fit) miseret. **C**eterum **Franciscus** inito cum suis cōsilio: **Orthona** quae urbs est in **Pelignis**: cum uniuerso cōcessit **Orthona** exercitu: qua suorū militū munita praesidio de prima uigilia inde mouens cum reliquis copijs recepit se **Beneuentū**: unde idibus **la** accusatiuus ē **nuarijs** ad reginā **Ioannā** proficiscit: & uisendi gratia & percungracius **etandi**: quid se faceret iuberet. Hae amissa **Neapoli** se continebat **Peligni** **Auersa**: quae ut **Franciscū** est coram intuta: se ob **Sphortia** patris **Beneuentū** desiderii a lachrymis moderari nō potuit. Dein pauca pro re lo- **Ioanna** regina **Neapolis** donarat **Sphortia**: transfert in **Franciscū** filium pleno iure: iubetq; **Auersa** ut & ipse reliquiq; fratres atq; ipsorum posterī perpetuo seruent **Sphortia** cognomentū. Idq; in hanc diem uidemus assidue pro-
pagari. At haec mandat: ut collecto uniuerso exercitu properet ad **Neapolim** obsidendā. Nā iccirco p̄perādū esse regina iudicabat: quoniā rex **Alphonsus** aberat profectus anno proximo posteaq; **Alphōsus** rex **Hispania** cite-
est a **Sphortia** pugna superatus: in citeriorem hispaniā cū uniuersa classe ad renouandas augendasq; vires cōparādasq; pecunias: **rior** **Petrus** **Gotthalani** relicto **Petro** fratre cū praesidio nō mediocri gotthalanorū & equitibus italīs tribus millibus. Cum reginā **Ioannā** uolūtate ac iussis paruisset: q̄ primū **Franciscus** **Sphortia**: & ad eas pecunias q̄s non admodū multas a reginā quaestoribus acceperat: collegisset: etiam ex amicis & subditis quātas potuit: comparato instructoq; robustissimo firmissimoq; exercitu: **Neapolim** confestim obsedit: eam quotidie uarijs praesijs oppugnationibusq; concutiens. Idq; breui effecit: tum uiribus: tum ingenio: ut qui praesidio intus erāt: desperare coeperint rebus suis: cū hac classis superuenit: quā dux **Philippus** **Maria** i reginā auxiliū miserat: munita **ria** dux

FRANCISCI PHILELFI

nauibus rostratis : fjsq; ingentibus quattuordecim & triremibus
 quinq; ac uiginti myoparonibusq; nonnullis: huic præerat uir
Guido torel. bellicis laudibus celebr **Guido torellus.** Quare qui pro rege **Al-**
Berardinus phonso erāt in urbe: intellecta periculi magnitudine: secuti admo-
Vbalдинus nitionem unius **Francisci Sphortia**: ac fidē: & q; constituto ab **Al-**
Iacobus cau- phonso stipēdio carerēt. **Berardinus Vbalдинus** ac **Iacobus cau-**
 dola: id omne præsidiū destituere profecti: alter ad **Bracium:** **Iaco-**
Bracius bus autē ad reginam. Post horū abitionē **Franciscus Sphortia** ter-
 restri oppugnatione: **Guido** autē maritima adorti muros ui tandē
 urbe potiti sunt: sine ulla etiam ciuiū offensione: tanta fuit nostri il-
 lius moderatissimi principis uel innocentia uel prudentia. **Neapo-**
 li per hunc modum ex ipsius **Petri** & gotthalanorū manibus recu-
 perata reginæq; restituta: cū **Francisci Sphortia** nomen quotidie
Philippus redderet illustrius: idem **Philippus Maria:** ut erat summa pruden-
Maria tia princeps & egregius uiroꝝ fortium censor ac iudex: curabat p
Bracius **Guidonē torellū** apud reginā: ut tāta pbitate adolescentē sibi tā-
Aquila tis per cederet: donec **Braci** audaciā: qui **Aquilam** obsidione acer-
Martinus pō. bus pramebat: in **Martini** pontificis maximi: & ipsius etiam regi-
Capua na cōtemptum: & de iurmentū refringeret atq; obtineret. Non dis-
 ficulter qd petebat impetrauit. Nam tum regina **Braciū** timebat:
 ne si **Aquila** potiret cū & **Capuā** haberet & alia plarāq; oppida
 regni sui sentiretq; cum **Alphonso:** se uniuerso regno spoliaret: tū
Franciscus Sphortia partis **Philippi** sequi quodam naturæ ductu:
 maiorē immodum cupiebat: præsertim q; etiā nosset ea fuisse men-
 te eo animo patrē **Sphortiam** ut omnia in posterū ageret ex **Philip-**
 pi sentētia: accepisseq; iam ab illo aureū nummū duodecim milia:
 quo & sese una cū reginæ ecclesiæq; exercitu opponeret **Bracio:** & i
 proximā æstatem cum imperio equitum decēmillium: ac peditum
Ethruria quinq; milliū in ethruriā proficisceret aduersus florentinos. **Fran-**
Florentini ciscus igit **Sphortia** agēs atatis annū iam tertiū & uigesimū pro-
 ficiscitur nomine **Mediolanensiū** ducis **Philippi Maria** pro **Marti-**
 no pontifice: & **Ioanna** regina **Siciliæ** aduersus **Bracium:** q **Aqui-**
 lam urbem constantissime simul & acerrime oppugnabat. Erant
 in ea ecclesiastica expeditiōe: cum **Iacobus** caudola & **Michael At-**
Michael atten- tendulus duorū **Lodouici** seuerinas & columna: tū etiā tartalia-
 dulus ni equites: nam **Tartalia** ipse duobus ante annis **Martini** pontifi-
Lodouicus se- cis iussu **Auersæ** fuerat obruncatus: atq; alij cum fjs una permul-
 uerinas ti & illustres & magni uiri. **At Bracius** aduenientiū contra se uiriū
Lodouicus co- nō ignarus: ut erat uir animo ingenti: pugnandiq; æque atq; bel-
 lumna landi callentissimus: cum collem per quem illis iter futurum erat:

duobus munierat castellis cum praesidio peditū circiter quinq; milia: ad radices autē collis qua illis descensus erat in campestrē planiciem: quā collē ab **Aquila** dirimit: omnia aquis ex proxima fossa ui deductis in stagni similitudinē complerat. **I**nde sua ipse tenebat castra cū equitibus ad quattuor milia exercitatis & fortibus: quos oīs in quattuor & uiginti ordines ad pugnam instruxerat: **N**icolao picinino uiro bellicoso & impigro cū equitibus quadringentis & ualido peditatu e regione urbis in colle: qui uocatur sanctae **M**ariae ad manipulū: ne quis impetus ex urbe erumpens suos pugnantis ad terga adoriret. **P**raeterea spe uiuendi ea maxime ducebatur **B**racius: quod existimaret hostium duces propter ambitionem nunq; inter sese conuenturos. **S**ed tantā uim habuit mansuetudo ingenijq; dexteritas ac facundia nostri principis & monēdo & hortando & suadendo: ut ne minima quidē animorū irritamenta in uniuerso illo exercitu interuenerint. **C**ōfederat igitur ecclesiasticus exercitus ex altero collis illius latere: quē **B**racius castellis peditatuq; munierat: ad septem milia passuū iter ab **A**quila: cum aduenit a **B**racio cum litteris tubicen: quibus ille duces omīs & prouocabat & hortabatur ad pugnam: addens eis per se licere & sine una prorsus uel molestia uel impedimento: & ascenderēt collem: & ex colle in campū equum descenderēt: idq; iureiurando inuiolatū fore affirmabat. **Q**uibus abditis cum silentiū a cunctis ducibus seruaretur: conuersus **F**rānciscus **S**phortia ad legatū apostolicū: **F**rānciscum piccolpassum integerrimū illum uirū & sapientē: qui postea **M**ediolani archiepiscopū gessit. **S**i iusseris inquit pater reuerentissime: posteaq; nemo audet respondere: ipse ut iuuenis respondet: **R**espōde igitur inquit ille subridēs. **T**ū cōiectis ī tubicinē suis uigētoribus illis oculis: ac ueluti radiātibus: dicito inquit **B**racio: nos pro arbitrio nostro uenturos aduersus sese uel inuitum & in suam quidē rem malā. **C**aptato igitur tempore ex cōmuni ducum omniū consilio collem ascendūt instructa acie: eaq; distributa in equitum ordines uiginti pari fere numero **B**racianis: peditibus uero quingētis ac mille. **P**ost hos omīs sequebantur impedimēta: & qui ad ministeria accommodati ad pugnadū usui haud essent. **C**um illuxisset cōpere ad radices collis descēdere: & omēs quidem pedites (Nam propter callis angustias ac rupis difficultatē coacti sunt oēs equo descendere) at **B**racius siue quoniā iureiurando per litteras se obstrinxerat liberum descensum illis fore in campestrē planiciē: siue quia (ut erat animo excelso & insolenti) iactabūsus inter suos praedixerat: propterea se illis liberum praebere descensum: quo nemo

Aquila**Nicolaus picininus****Collis sanctae Mariae****Bracius****Frānciscus piccolpassus Mediolanum**

FRANCISCI PHILELFI

**Pugna cōseri-
tur**

prorsus ex ea pugna euaderet: suos omnis cōtinuit intra aciem: do-
nec uniuersus ille exercitus in æquo cōstitit campo. **D**ein collatis
signis pugna cōseritur intra secūdū lapidem prope **A**quilam max-
imis utrinq; uiribus: & exastuantibus animorum ardoribus: ac
summo cum uitæ periculo uniuersum certatur diem: uaria muta-
biliq; fortuna: utrinq; uulnera: utrinq; cædes. **N**ec uno i loco præ-
lia: hac fugiūt: illac præmunt. **I**nter spem ac metum omnia tumul-
tuantur. **I**dem eodem fere momento & uictores & uicti: cum tan-
dem ecclesiastico cedente exercitu præmentibusq; robustius **Bra-**
cianis: ac iā prope uictoribus: hic generoso & inuicto animo ado-
lescens tanq; e specula quadam inter fortissime dimicandū ultimi
discriminis magnitudinē cōspicatus ueluti horrēdum aliquod ful-
men in cōuertissimum mutuis inter sese uulneribus digladiantiū
agmen tanta ui: tanto impetu irruit: ut cum in ipsum **B**racium in-
ter omnis generis tala: ac cædes peruiçatius fertur: hunc ille inopi-
nato metu perculsus capiti suo infestius imminentem districto gla-
dio haud amplius sustinuerit: sed confestim auerso equo celerem
uerteret in fugam deiecta ultro ex capite casside ne posset agnosci.
Erat em̄ **B**racij cassis serico tecta purpureo: & argenteo torque in-
signis: quē eminentiores pilæ argenteæ decorabant. **C**um ita **Frā-**
ciscus **S**phortia per innumerabilia occurrētium uulnera **B**racium
insequit: effectum est deniq; ut & ille fugiēs ab expedito & auda-
Fulignatus equite **S**phortiano **F**ulignato in occiput loctale uuluus ex-
ciperet: & ita repente ex equo ruens suum uniuersum exercitū secū
Euripides in ruinam traheret. **E**x quo intellectum est: quod apud **E**uripiden
Polynices ait **P**olynices: **S**ecurus imperator audaci præstat. **D**um sibi **B**raci-
us certam uictoriā pollicetur: iussis tum ijs peditibus quos præsi-
dio locarat in castellis: ne prius hostis a tergo adorirentur: q̄ ipse
iussisset: tum etiam **N**icolao picinino: ne se ullo sui discrimine loco
moueret: & iubendi: & uiuendi finem sortitus est. **N**am eo uulnere
postridie animā efflauit: tertio nonas **I**unias: & **A**quilā miserabi-
li excidio liberauit. **N**ec illud certe silentio est prætereundū **F**ranci-
scum **S**phortiā: **B**ratius ubi primum in castra semianimus est rela-
tus: cœpisse illum amicis mitissimisq; uerbis ad bene sperandū co-
hortari: suosq; medicos ad eū curandū q̄ diligētissime adhibuisse:
nihilq; omnino prætermisisse: qd̄ uel ad optimi uiri: uel ad fidelis-
simi amici officiū pertineret. **D**emūq; ubi illū extremus defecisset
spiritus: nō secus illachrymasset ac si pater extitisset. **C**aterū postea
q̄ **Frā**ciscus post tantæ uictoriæ gloriā uiuisset in urbē **R**omā ponti-
ficis **M**artini: & uiuendi & salutandi gratia: tū ē ab illo paterna quæ-

**Nicolaus pi-
cininus**

dā exceptus dilectione honoratusq; egregie: tū etiā hāc laudem re-
portauit ut diceret **Martinus**: **Es** tu sane fili noster charissime **Frā**
ciscē **Sphortia** & speciosus & prudens & robustus & fortis ac faci-
lus & de **Romana** ecclesia bene pmeritus: **Abi** igi in dei bñdicti
one & de nobis tibi in christo iesu oīa pollicere. **At** **Philippus** **Ma-**
ria cū in dies magis atq; magis incremēta, pbitatis atq; cōsiliū uide-
ret i **Frācisco** **Sphortia** coalescere: maxio curauit studio: ut eū oīno
suū efficeret. Itaq; & **Martini** pōtificis opa: & magno suo honorifi-
coq; stipēdio hūc ad se accersitū multis maximisq; in rebus & belli
& pacis exercuit. **V**enit is primū **Mediolanū**: cū ageret quartū ac
uigēsimū atatis annū: quo ipso etiā anno diuina qdā puidētia na-
ta est **Blanca** **Maria** pridie **Kalendas** aprilis. **Sua** uero tū pntia &
oratione: tū etiā prudētia atq; morū grauitate & elegātia nō mo-
do æquauit: sed mirū in modū supauit oēm de sese apud **Philippū**
expectationē: adeo ut uel ex eo tēpore cōsiliū **Philippus** id inierit:
qđ paucis post annis absoluit: unius sibi **Francisci** **Sphortie** & ge-
neri faciundi per natā infantulā & per adoptionē una cū filia bo-
norū oīm hāredis ac toti imperij successoris cōstituēdi. **Fuit** enim
Philippus **Maria** supra omne hoīm genus: qui ea tēpestate reliq;s
principes longissime superarit intelligēdo & iudicādo. **Quare** **Frā**
ciscū unū singulis pene diebus ad se accersitū cū libenter audiebat
de rebus maximis & grauissimis: acute multa copioseq; loquētē:
tū ipse quoq; permulta ex eo pcūctabat acriter excogitata & calli-
de: ad quā ita strenuus adolescēs alacriter ac prudenter responde-
bat: ut diuino potius: qđ humano prāditus uideri posset ingenio.
Interea uero tps cū res publica florētina ipsius **Philippi** **Mariæ** ui-
ribus grauius prāmeret: eoq; foret iā res deducta: ut suā libertati
metueret plurimū: mittit a **Florētinis** ad **Venetos** legati: q p mul-
tā in **Philippū** expostulationē eos docerēt: quāto eēt i piculo: qđ
q; diutius soli tātā belli molē ferre nō possent: & qđ uniuersa **Ita-**
liā metuēdus **Philippus** foret ob ingenij uersutiā: auiditatēq; do-
minādi. **Nec** em credēdū esse quietē **Philippū** dein acturū occupa-
ta florētina republica. **Cō**gerebāt i illū delicta plurima acutius ex-
cogitata. **Su**piora tpa memoriter referebāt: qbus **Philippi** maio-
res ab Italia pturbāda nūq; destitissent: **Mediolanū** officinā eē bel-
li iuidioso noīe dictitabāt. **Solā**q; cā urbē ex uniuerso terrarū orbe
tū ob munitissimū loci sitū: quē tria ingentia flumina **Padus**: **Ad-**
dua: **Ticinus** reddūt undiq; tutissimū ab oī hostiū impetu: tū ob
frequētā populi: quā ē maxia: nulliusq; rei neq; ad uictū neq; ad
uitā cultū indigens: tum etiā ob opificū multitudinē ac uarietatē

Philippus
Maria

Natalis **Blan-**
cæ **Mariæ**

Florentini
Veneti

Mediolanum

Padus
Addua
Ticinus

FRANCISCI PHILELFI

bellis crescere ac locupletari. Quāobrē postulabāt: cōtēdebāt: obsecrabāt: ut auxilio sibi praesidioq; eēnt. At ueneti & si nō obscure animaduertebant: quo magis augerēt **Philippi** imperiū: eo rebus suis futurę periculosius: tamē ad bellum capeendū nulla prorsus iniuria ab illo prouocati nō facile adducebant: praesertim q; societates etiam intercederet in alterę quinquenniū ex isto foedere dura tura. Tum unus ex legatis florentinis **Rainaldus** albitius: uir non minus elatus & audax: q; disertus: ubi uidisset nullis rōnibus **Venetū** senatū adduci ad ferēdū suę reipublicę auxiliū in **Philippū**: Vos inquit patres cōscripti: cum annis superioribus **Genuē**libus auxiliū uestrum implorantibus id illis ferre nolulistis: fecerunt **Philippū** **Genuenses** dominū: qui nō erat: eadem nos ratione illū redemus regem: quo uos prope diem imperatorē constituatis. Quę cum dixisset: turbato ac minaci uultu: e senatu abiens una cum ceteris legatis diutius nihilo cunctatus ex urbe decessit florētīā rediturus. Tum **Veneti** de re nixius cōsultātes in maximā inter sese uenere disceptationē: cum alij honestatem tuerent: alij utilitatē. Tandē uero **Fredericus** cōtarenus: uir grauissimus inter uenetos: idēq; disertissimus: adductis multis rationibus & exemplis: tum romanis: tum peregrinis: quibus argumentaret non omnia promissa seruanda esse: ut uel insidiosa uel iniusta: & ea pręterea quę honesta fuerint solere mutari cum tempore: atq; illos omīs iniustos esse: q nō propulsant cum possunt iniuriā uel ab ignotis: adderetq; magnā utilitatis uim rapere ad sese honestatis & dignitatē & nomen. Ad hęc quantā calamitatē ueneta reipublicę posset afferre uictoria **Philippi** de florentinis: cum & dominaretē genuēlibus: & societatem haberet cum **Martino** pontifice maximo: & de **Ioanna** regina omnia quiret pro uoluntate decernere. Nec em̄ defuturam **Philippo** causam inferendi belli in **Verona** atq; **Vicentia** pro iure patrio repetēdis. Huiusmodi inq; rationibus alijsq; q plurimis senatū perpulit: **Fredericus** ad ferendū florētinis auxiliū: quod petebāt: ubi minus se **Philippus** a bello retraheret. Quam quidē rem eo facilius persuasit: quod **Franciscus** cremagnola: qui non multo antea trāsfigerat a **Philippo** ad uenetos: eos in magnā suspitionē iniecerat: de illius aduersus se uoluntate celeris uictorię spem afferens. Pręterea dux ille prudentissimus **Frāsciscus** **Foscarus**: cuius auctoritas erat apud omēs maxima: uno solū quę **Fredericus** disseruerat comprobauit: uerūetiam accuratissima oratione ostendit ultimū in rempublicam uenetam excidium peruenturę: ubi minus & q primū & fortiter aduersus **Philippū** bellum capefferint. Con-

Rainaldus albitius

Genuenses

Fredericus cōtarenus

Genuenses
Martinus pōtifex maxi

Ioanna regīa

Verona

Vicentia

Francis. **Cremagnola**

Franciscus foscarus

festim ergo ex itinere legatis **Florētinoꝝ** reuocatis: societate quam petebant ineunt: ac firmant æquis cōditionibus. **Dein** missis euestigio **Mediolanū** oratoribus: **Philippum** monēt: ut ab omī in **Flo** **Mediolanū** **rentinū** populum ui iniuriæq; desisteret: **Quod** si secus faciat: fore ut sponte causam suā ageret. **Quod** **Venetos** quasi edictū cū **Philippo** insolentius uideret: primo cōepit stomachari: dein secum animo uolūtas haud solere **Venetos** se iniusticiæ obnoxios unq; face re fœdus decēnale iam quinto anno antea percussū ac mutua societatis iura afferebat. **Præterea** **Florētinos** belli aduersus sese auctores extitisse: qui nulla iniuria laceffiti ultro armis fuerint se adorti. **Quæ** dū citro ultroq; gerunt: clam **Veneti** parāt omnia: quæ ad bellum attinēt. **Nec** **Italia** solum: sed peregrinos quoq; potētatus excitant: accinguntq; in **Philippum**: cum is nulla ratiōe adduci posset: ut crederet **Venetos** tum ob inueteratā ac perpetuā amicitiam: tum ob initam nouissime societate quicq; quo sibi incōmodarent temptaturos. **Sed** longe præter eius opinionē cecidit. **Interea** em̄ tps **Gelphi** **Brixiani** factiōis eius auctōribus **Petro** **Achil** **Brixiani** leq; aduocatis: ambobus & fratribus & opulentis: & apud ciues **Gelphi** **municipesq;** charissimis: audita **Venetos** ac **Florētinoꝝ** societate **Petrus** deficiūt a **Philippo**: ad **Venetos** eis dedita ea urbis pte ubi **Gebelli** **Achilles** adni minus habebāt uiriū. **Nam** urbiculæ quas hi potissimū in habi uocati tant stabant: & uetus quæ uocatur: & noua una cū subiecto subur **Gebellini** bio atq; arcibus: tam portaq; q; ea quæ ualidissima est in summitate urbis p duce **Philippo**. **Res** aut̄ gesta est noctu feria prima: q **Quo** tempore dies est solis: ad sextūdecimū **Kalēdas** **Apriles**: **Anno** a natali chri **Brixiani** defestiano sexto ac uigesimo supra quadringentesimū & millesimum. **cerint** a **Philippo** **Equites** nulli hostium ea nocte in urbem ingressi: nec alij prorsus po duce ulli præter pedites octingētos a **Cremagnola** ex cōposito submis **Cremagnola** sos: & frequentē municipum manū quos hi fratres ex eadē factiōne clam collectos muro per insidias fracto secum adduxerāt. **Erat** **Frācisus** **Sphortia** per id temporis **Mediolani** apud **Philippum**: **Fran.** **Sphor.** sed eius milites alij apud montē clarū: alij in proximis municipijs **Mediolanū** hibernabant. **Qua** quidem re eadē nocte audita **Brixiam** adequi **Mons** **clarus** tantes in urbiculas mane excepti sunt. **Qui** urbem tradiderant **Venetis**: mox eius uias doljs humo completis trāuersis trabibus repagulis & catenis muniebāt: ne quis subitus impetus rem peruerteret prius: q; **Cremagnola** cū uiribus aduenisset. **Philippus** ea re rumoribus ac nuncijs curriculo audita: **Franciscū** in subsidiū mittit: qui incredibili usus pernicitate: feria tertia: qui dies est martis: cū reliquis suis copijs ex altera ipse parte urbiculas est ingressus:

FRANCISCI PHILELFI

Ex altera uero eodē tempore in urbem **Cremagnola** cū equitibus quattuor milibus ingentiq; peditatu. Reliqui autē omēs ducales exercitus ī **Flāminijs** aēbāt: & in **Ethruscis** cōtra **Florētinos**. Cō-
Ethrusci spirant prāterea una cū **Venetis** in **Philippū Mariā** hi omēs: **Ami-**
Amideus dux deus dux **Allobrogū**: quos nomine deprauato a sabbatis monti/
Sabbati mōt. bus **Sabbaudiēses** pro sabbatenfes appellant: & **Eluetij**: & tres illi
Sabbaudiēses **Marchiones**: **Mōtis ferrati**: **Aestensis**: **Mantuanus**: ad hāc potētissi
Eluetij mus rex **Alphonfus**: qui una cū **Fliscis** **Fregosis** & **Adornis** rē **Ge-**
Marchio mon nuensem mari terraq; turbabat. In tot & tam magnis tamq; pericu
tis ferrati losis & repentinis rerū difficultatibus: solus **Franciscus Sphortia**
Marchio aētē. **Philippi** ducis & sustinebat & tuebat imperiū: qui assidue die no/
Marchio man ctuq; ex urbiculis aduersus hostes in urbem erumpēs: eos cōtinuis
tuanus prālijs laceffere: urgere: uexare: cedere: interimere: ac nūq; quietos
Alphōsus rex atq; sensus inops quid consilij caperet esset nescius: quippe qui su/
Flisci perioribus temporibus cum pro **Philippo** militaret: uincere semp
Fregosi consuesceret: nunc ipse quotidie uinceret. Quare quoad a conferen
Adorni da manu abstinebat: idq; totum ei negociū erat: ut castellis e regio/
ne portaz obiectis per catapultas & plumbeas pilulas molesq; bō
bardaz: **Franciscus Sphortia** a frequēti eruptiōe coerceret. At dux
Philippus huic magis q̄ **Brixia** metuēs: immissa in urbiculas ualū
da peditum manu: **Francisco** iubet: ut ab eo prāsidio ad montē cla/
rum se recipiat: & in proxima municipia: donec cōactis alijs exerci/
tibus ex **Ethruria** & **Flāminia** obsidentes pramanē obsidione. **Pa-**
ret **Franciscus** ac per medias hostiū munitiones ubi illuxisset: post
quadragēsimū ex quo uenerat diē: cum suis omibus erumpēs uno
impetu strenuacq; ui inter occurrētū tēla ac iactus ex urbe egrediē.
Hunc insequit maximis uiribus **Cremagnola**: cuius ille inter equi/
tandū ferociā saepe cōuersus reprimat ac retundit. Sed ubi uentum
est in campestre spaciū **Mōtis clari**: tum facta **Phalange** alacerrime
ferē collati signis in **Cremagnolā**: ubi pulcherrimū erat uisū q̄ & cō
franter & fortiter pauci **Sphortiani** cū tanto **Venetoꝝ** exercitu: &
adolescēs adhuc **Franciscus** cū **Francisco** ueterano diu multūq; di/
micarēt. Ea q; de utroq; & duce & exercitu opinio apud oēs cōstitit
nisi nox pugnā suo interuētū diremisset: nō minorē de **Cremagno-**
la uictoriā fuisse **Franciscū Sphortiā** eo die cōsecutus: q̄ eidē antea
de **Bracio** contigisset. **Catez** hic in **Montē clarū** se recepit: & ille in
urbē **Brixia** ad urbiculas oppugnādas. Quo magis ipse mecū ma/
gicq; confidero admirandā illā ac prope diuinā **Philippi Mariae** in/
genij acrimoniam: eo magis illum mihi uideor ceteris mortalibus

Mons clarus

præstitisse & cōsilio & prudētia. Nō præsētia em̄ modo sūma industria diligētiaq; gerebat: sed futurū q̄busq; casibus ita grauiter sapienterq; p̄uidebat: ut nihil unq; ei accidere posset inopinato. Videbat sibi esse bellū cū duabus potētissimis & locupletissimis rebus publicis: quibus se pecuniarū magnitudine: quæ belli sunt nerui lōge inferiorē intelligebat. Quæ em̄ aut principis aut regis cuiusq; uires adeo firmæ sint: q̄s **Venetorū** **Florētinoꝝ**q; pecuniæ nō frangāt ac pessundēt. Itaq; nullū sibi præsidiū firmū ducebat: & certū uni **Francisci Sphortia** fide: integritate: prudētia: animi magnitudine. Accedebat ad rē qd̄ ex **Mathematicis** uatibusq; didicerat: eūdem **Frā Mathematici** ciscū **Sphortiā** primū adhuc fore principē in **Italia**: & q̄ solus affluens **Philippi** res ac pene p̄ditas uitali ueluti afficeret sensu: & i **la** tiorē fortunā erigeret atq; stabiliret. Quibus cogitatibus factū est ut uita **Frāncisci Sphortia** **Philippus** mallet: q̄ **Brixia** recuperāda cōsulare. Nā (qd̄ saepe dicere postea **Philippus** cōsueuit) nisi **Frāncisci Sphortia** uita charior sibi q̄ **Brixia** extitisset: nunq̄ **Brixia** amississet. Sed ut ad rē q̄ de corpim̄ reuertamur: cū dies ac noctes murū nouæ urbiculæ & bōbardarū & uariorū tormētōꝝ molibus **Cremagnola** concuteret: nec intima **Philippi** præsidia minore aut strenuitate aut industria ad repugnandū uterent: aduenere tandem ex **Ethruria** & **Fāminia** ducales exercitū: q̄ una cū ipso **Frāncisco** p̄pe **Brixia** cōfederūt ad duo milia passuū hostis inclusos puocātes in pugnā. Aberat p̄ id t̄pis **Cremagnola**: q̄ sibi metuēs ab aduenientib; copiis: simulato lateꝝ dolore prexerat ad balneas **Patauinas**. Qui uero p̄ imperatore intus erat: **Ioānes Frānciscus** princeps **Mantuan** pugnādū ijs copiā nullā faciēs urbiculæ expugnatōe erat in **Ioānes Franciscus** tētus. Hic si uni **Frāncisco Sphortia** fuisset obtēpatū: & **Brixia** esset scus **Marchio** minimo labore recuperata: & de hostibus pulcherriā sūpta uictoria. Cōsulebat em̄ ut oī cūctatiōe sublata p̄ urbiculas i urbē ingressi **Venetū** hostē adorirent prius q̄ & a **Venetis** maiores cogere uires & a **Florētinis** auxiliares copiæ mitterent. Id cōsilij solus **Nicolaus Picininus** & p̄habat & laudabat. Nā **Angelus** p̄gulan; & **Cæsar** **ninus** **Brixianus**: & **Nicolaus Guerrerius**: & cū his **Cicchus** **Patauinus**: **Angelus** p̄ercateriq; duces **Frāncisci** ḡha inuidētes: secus q̄ sentirēt oīa gerebāt. Quibus dissensioibus factū est: ut & **Cremagnola** in meliorē addu **Cæsar** **brixia**. ctus sp̄e reuerterit ex balneis ad exercitū: & **Veneti** maioris quoti **Nicolaus** p̄guerdie copias cōpararint: & **Florētini** in auxiliū miserint **Venetorū** ex **ercitatissimū** quē habebāt & prudētissimū impatorē **Nicolaū** tho; **Cicchus** p̄ta. lentinatē cū equitū quattuor milibus & duobus milibus peditū. **Nicola** tho. Nā ipsi oī belli molestia liberati: iā nihil sibi neq; in **Ethruria** nec in **Ethruria**

FRANCISCI PHILELFI

Flāminijs Flāminijs metuēdū esse intelligebant. **Is** Nicolaus **Tholētinas** ubi
Brixia primū **Brixia** uenit: cognita ducaliū ducū dissensione: maturandū
 esse arbitratu: ne si illi fortasse resipiscerent: difficilior foret bellan-
 di prouincia: ingentē fossam deduci iubet in lōgitudinē ad passūū
 quinq; milia: qua transitus prohibere hostibus ad ullum omīno
 aut auxilium ferendū obsessis: aut minime cuiusq; opis adminicu-
 lum. **Erat** autē ea fossa & aggere & uallo & castellis nonnullis atq;
 frequentibus munita turribus: ac pluteis acta in latitudinē passus
 duodecim: & tantūdem fere in altitudinem. **Venetorū** **Florentino-**
Exercituum rūq; exercitus complebant hominibus supra triginta milia: **Phi-**
lippi autem ducis ad tria ac uiginti millia. **Equitatus** utrisq; pene
Fossa qualis par. **Sed** hostiū peditatus multo superior. **Cū** hāc a **Venetis** sua-
 su **Nicolai** tholentinatis gerunt: uoluit saepenumero **Franciscus** ea
 molientis adoriri. **Non** modo habuit neminem prāter unū **Nico-**
laum **Picininū**: qui cum eo sentiret: sed omnes potius aduersantis
 seq; apud **Philippū** insimulātis: qd̄ clam **Venetis** faueret. **Quas**
 obtrectatorū inuidentiūq; calumnias: q̄uis nō obscure **Franciscus**
 rescisceret: nunq; tamē induci potuit: ut illorum mallet similis esse
 q̄ sui: cum tandem post urbicularū muros continuis tormentorū
Antonius ictibus terrā æquatos. **Antonius** landrianus: ac cāteri fortissimi
landrianus uiri: qui arcī prāerāt: rei frumētariā cōmeatusq; defectu honestas
Arcis **Brixia-** pacti in summa necessitate cōditiones arcem hosti dederūt post
ne deditio mensē & annum unū: ex quo die **Petrus** **Achillesq;** aduocati ur-
 bē **Venetis** prodidissent. **Reddiderat** saepe iā **Franciscus** **Sphortia**
Philippum ducem & litteris & nuncijs certi orē se plurimū uereri:
 ne quid aduersi eius exercitus caperent: idq; ob solam ductorū di-
 scordiā: itaq; eum monuerat aliquem uniuersis prāficeret copijs:
 cuius saltem auctoritati audiāt cāteri: se em̄ semper paratum fore:
 qui omī in re pareat iussis eius. **Legit** a **Philippo** totius imperator
Carolus exercitus: **Carolus** malatesta pisauren̄sis: quem monet ut copiarū
 suarū duces audiat quidem omīs: duorum autē solum consilia exe-
latesta quat. **Francisci** **Sphortia**: **Guidonisq;** **torelli**. **Id** si factum esset cō-
Fran. Sphor. silius ille qui uocat ad **Machalaū**: nunq; profecto accidisset. **Erāt**
Guido **torel-** ducales uires ad **Compilianū**: **Venetā** uero ad **Fontanellā**. **Quin-**
lus to idus octobres: qui dies erat solis: & idem dicatus omnipotenti
Machalaū domino: iubet **Carolus**: nemo ea luce bellandi gratia equum ascē-
Compilianū dat: sed diuinā uenerationi quisq; studeat. **Hostes** illius inscitia nō
Fontanella ignari: peditem instruunt: qui petitis ducalibus castris **Nardinum**
Nardinus peditem **Sphortianū** ad singulare certamē prouocet. **Ille** ut milita-
 ris mos est: non detrectat pugnā. **Itur** in duellum: solus **Franciscus**

Sphortia spectat armatus. Idq; ut cæteri faciant monet. Et imperator obaudit: & cæteri negligunt. Inter duelli spectaculum celeri agmine acieq; uniuersa ad pugnādum instructa: **C**remagnola superuenit ea uia: quæ **M**achalaum itur: **A**ngelus pergulanus: & **N**icolaus picininus idem perusinus: cui ex breuitate corporis **P**icinino cognomen erat: dum illac per ocium obequitantes: inopinato in hostilem exercitum incidunt: intellecta periculi magnitudine quo reliqui & duces & cõmiliones se parent ad pugnam: ita ut erat leui armatura: manum conferunt. **T**umultuarij milites concurrunt undiq; pro sese: quisq; nullum uitæ periculum detractantes. **V**erum quid & pauci & inermes: & inter palustris difficultates quæat tantam uim: tantum impetum sustinere aduersus callentissimum imperatorem & uiginti milia equitum: tantumq; peditatum: **E**quitatus hostilis uiam omnem occuparat. **A**t pedites ad utraq; uia illius partem ex palustribus longis lanceis: catapultis ac iaculis ducalis milites atq; equos passim transfodiebant. **Q**uid multis: **V**ix dici queat: quanta cæcitas oculos: quantus error mentes ducalium & militum & ducum in ea uia ad **M**achalaum interceperit: adeo ut ex cæcitare erroreq; pugnandi **M**achalaum accepisse nomen uideatur. **O**mnes enim subito perinde atq; excordes: & amentes in fugam uersi nihil præter cæcas corporis partes hostibus obiecere: **S**olus **F**ranciscus **S**phortia tanquam irritatus draco ex eo duelli spectaculo prouolans ad clamorem dum hac illac fulmineum coruscat ensen: alijs uulneratis: alijs interemptis: tum **A**ngelum pergulanum ex hostium trahentium manibus captum liberat: tum etiam tamdiu irruentium molem suo maximo cum uitæ discrimine sustinet: ut & cæteri ductores minore cum dedecore seruarentur: & ipse sua cum summa laude ita dimicans referret pedem: ut receptui cecinisse: non euasisse iure foret iudicandus. **C**æterum **P**hilippus ea ingenti clade percussus: accommodato consilio temporis per **B**ergomi deditionem cum hostibus bellum soluit anno secundo post libere potitos **B**rixia **V**enetos. **Q**uo quidem tempore quoniam solus **F**ranciscus **S**phortia & animo uideretur inuictus & corpore: mittitur a **P**hilippo in auxilium **G**enuensium: quos ut modo meminimus: & **A**lphonsus mari: & exules terra: quietos esse non sinerent. **S**uperato aut **A**ppennino inter loca confraga & prærupta: is quos sibi amicissimos dux **P**hilippus existimabat: usi ligurum scilicet fide & constantia circumfunduntur undiq; cum tanta catapultarum ui: & omni missilium genere ut non secus atq; alpina grandine omnia talis passim sternerent. **D**ura profecto & horrenda uniuersis militibus uisa est ea tam repenti-

Pugna
Machalaū
Angelus
Nicolaus picininus

Conflictus
Machalaū nomen est græcū compositū ex mache: qd' pugna significat: & alaos cæcū & errantē **A**ngelus pergulanus

Bergomū

Genuenses
Alphōsus rex
Appenninus
Ligures

FRANCISCI PHILELFI

- na pugnādi facies: praesertim cū non pugnādi modo: sed nestandi quidē ob locorum malignitatē ulla facultas esset. Itaq; sibi quisq; diffidere ac iam dedēdi sui habere rationē. Quod cū Gerardus gra-
Gerardus gra- tianus ipsius **Francisci** ppinquus uirq; fortissimus equo intra cau-
tianus tes lapso fecisset: seq; uni⁹ accola fide credidisset: statim ab illo ubi cassidē posuisset: scorpionis cornu percussus ī caput interfijt. Quod liguris facinus corā **Francisco** intuitus: & illi continuo reciso ense ceruice uitā abstulit: & reliquos suos per uastam urgentiū cadē ho-
Ronchum stium ad castellū **Ronchum** egit incolumes. Quo in loco a femina
Ilia **Ilia** spinula nobilissima **Ilia** **Spinula**: cuius erat castellū & perbenigne exce-
spinula ptus est & q̄ honorifice. Inde autē **Genuēsium** rei ea strenuitate for-
Alphōsus titudinēq; prospexit: ut omēs **Alphonſi** regis exulūq; conatus fru-
rex stra suscepti fuerint. Et ne ab **Ilia** superatus animi gratitudine ui-
dere: tum eius filiā nobili uiro nō parua cum dote uxore tradidit: tum ipsam & habuit semper in honore & continuis beneficijs affe-
cit. At ne prātereundum quidē reor qualē se praestitit in **Mōtis** fer-
Theodorus rati **Marchionē** **Theodorū** **Palæologū**: quē cum intra paucos dies quoniam nulla unq; non modo affectus iniuria: sed multis saepe or-
natus beneficijs: secunda usus **Venetorū** fortuna bellū ultro **Philip-**
po intulerat: patrito auitoq; omī dominatu eiecisset: solus dein au-
ctor fuit: ut in possessionē amissi modo principatus per **Philippum**
reuocaret. Confugerat em̄ **Theodorus** ad **Venetos**: quorū praesidio
ubi intellexit se nihil omnino effecturū: uideretq; **Philippū** ducem
esse iure indignatū aduersus sese: **Francisco** **Sphortia** & deprecato-
re & amico omīa est ex sentētia sua apud munificentissimū illū prin-
cipē consecutus. ¶ Num uero laudatissimū illud **Francisci** facinus
Mons caluus silentio inuolui patiamur? Quo tempore **Montē** caluum ui coepe-
Diuius Frāci- rat: uirgo praestanti forma honestoq; nata genere confugerat una
cum alijs multis (ut fit) in diui **Francisci** templum. Hāc miles quis-
Maria **Virgo** piam **Sphortianus** eodē in templo ui raptā: ac **Mariā** uirginis sub
latis fletibus atq; hululatibus auxilium implorantē: in ipsius **Mar-**
riā uirginis sacello compressit. Quod impietatis flagitium cum pri-
mū **Franciscus** didicisset: tum illum iussit obtruncari inquires: neq;
amorē odio: neq; religionē immundicia pollui debere: tum puellā
soluta ex pecunijs suis dote uiro tradidit: cui antea fuerat despon-
sata. His autē rebus non sapiēter minus gestis q̄ fortiter atq; fortu-
nate: **Francisco** **Sphortia** stipendio ducali iam functus accersitur a
Paulus **guini-** **Paulo** **Guinigio** tyranno **Lucēſi**: magnis pramijs in auxiliū cōtra
gius obsidionē **Florētinoz**: qua ad deditionē usq; pramebat: **Admissa**
Florentini cōditione: eo cum expeditis uiribus firmissimisq; profectus primo

aduentu hostē uertit in fugā: **Paulūq;** & **Lucā** atq; oēm **Lucēsem** **Luca**
 agrum oīni liberat & detrimēto & metu: cū interea tps **Paulus** ty/
 rannus: ut erat mercādi q̄ regnandi doctior: quo se oīni sollicitudi
 ne metuq; liberaret: clam agit cum **Florētinis** de **Luca** deditiōe: pa
 ctus ingentē auri uim: & ciuitatis **Florētinae** donationē. **Quod** ubi
 apud **Lucēses** increbuisse: illi factō confestim impetu tyrannū ca/
 ptium faciunt aguntq; ad **Franciscum** una cum eius liberis ac ro/
 gant: ut eo interempto ipse urbis illius capiat dominatū. **At** **Franci**
 scus & si intelligebat: & quid **Paulus** mereretur: & quid sibi liceret:
 tamē ne qua in famā labecula suā innocētiā pollueret: detrectato il
 lius illustis reipublicae munere quod ultro a ciuibz cunctis offe/
 rebat: urbē liberā dimittit: **Paulum** uero cum liberis oīni offensio/
 ne illasum mittit ad **Philippum** **Mariā**: cui norat illum esse charissi
 mū. **Dein** pacata re **Lucensi**: in **Galliā** **Cisalpinā** ex **Ethruria** reuer/
 tit. **Agebat** apud **Mirandulā** **Franciscus** eo cōsilio: ut inde in **Ap** **Ethruria**
puliā proficisceret: cum **Florētini** rursus maximo comparato exer/
 citu **Lucā** obsidione premunt: belli duce **Guidone** **Antonio** comi/
 te urbinati: eamq; quotidie tormētis & oīni uincēdi arte conatuq; **Appulia**
 oppugnāt. **Philippus** **Maria** coactus ea necessitate auxilium ferre **Luca**
 amice urbi: misso **Nicolao** **Picinino** cum maximis copijs **Florenti** **Guido** anto/
 nos superat pugna cū ipsoꝝ ingenti clade. **Itaq;** rursus turbata pa/
 ce **Veneti** maiore q̄ antea apparatu bellū aduersus **Philippū** mo/
 uēt: & ipse **Philippus** rursus maiore q̄ nuper & stipēdio & spe acci/
 to **Frācisco** **Sphortia** accingit: nō modo ad repugnādū uiribus **Ve** **Nicolaus** pici/
 netoꝝ atq; socioꝝ: uerū etiam ad oppugnandū. **Venerat** **Frācisus** **ninus**
Cre **magnola** cū magno equitū ac peditū numero: ut **Suncinū** p di **Veneti**
 tione reciperet. **Qd** **Frācisus** **Sphortia** q̄ in agro hibernabat **Cre** **Frācisus** cre/
 monēsi: cū p exploratores accepisset: obuiā pfectus pugnā cōferit **magnola**
 eūq; turpissimā uertit in fugā: captis equitibus quingētis ac mille: **Suncinum**
 peditibus uero supra quingentos. **Id** autē gestū est ad sextūdecimū
Kalēdas **Iunias**. **Neq;** dein mltos post dies maiore etiā clade **Ve**
neti eiusdē **Frācisus** **Sphortia** singulari prudētia incredibilisq; uirtu
 te pculli sunt. **Classis** em̄ **Veneta** praefecto **Nicolao** **Tarusiano** **Pa** **Nicolaus** tar/
dū iam superat supra **Cremonā** usq;. **Ea** cōstabat galeonibus ma/
 ximis septē ac triginta: triremibus aut ac biremib⁹ alijsq; nauigijs **Padus**
 circiter cētū. **Galeones** uero aliq̄nto sūt q̄ triremes breuiiores. **Sed** **Cremona**
 cū latiores: tū etiā multo sublimiores: quippe q̄ surgāt in tabulata **Galeones** cu/
 duo: & semis pupib⁹ & proris altius sublati atq; muniti turrib⁹ **i**usmodi sint
 agunt: aut ut triremes uelis ac remis ferūtq; sup caruchos latioris
 pluteos: ex qb⁹ singul⁹ q̄ttuor & sex armati uiri iacul⁹ ac ferreis sudi

FRANCISCI PHILELFI

bus & catapultis & saxis atq; omni telore iactu acerrime praelient. Contra uero ducalis classis deuehitur galeonibus: & aliorū nauigiorū genere circiter quinquaginta: cuius præfectus erat **Pacinus Eustachius** **Ticinenfis**. Is cum primū aduentasset in conspectū classis hostilis: ut erat uir animo minime demisso: & naturæ fluminis peritissimus: ueritus q; imbris paululum excreuerat: fore: ut de cresceret: ubi pugna protraheret: & ita deteriore se futurū conditio: ne in hostilem classem impetū facit: pugna utrinq; ui magna alacritatē conseriit. Cadunt utrinq; multi cruoreq; madēt omnia: cū tandem noctis interuentu ab utrisq; pugna desistit: amissis tamē ducali classe galeonibus quinq;: quoniam a classe reliqua separati ab hostiū multitudine circumuenti interceptiq; sunt. Quo factum est ut in ducali classe paulisper trepidaretur. Id **Franciscus** ut animaduertit: lectis e militibus suis: quos ad nauale prælium maxime sensisset idoneos: ultro ipse classem inscendit: duobus prius ornatis: qui ex eorum equitum ordine: quos **Callippos** nominant: ueluti ab se transfugæ peterēt **Cremagnolam**: qui ad tria milia passuum inde eū uniuerso distaret exercitu: quo tempestiue si usui foret: **Venetæ** classi auxilium ferret. Hi ergo **Calippi** duo cum uenissent ad **Cremagnolam** mane: multa ut erant edocti antea questi de **Francisci** **Sphortia** subdunt interloquendū ducales copias omnis instructa acie esse iam motas ad eum adoriendum. Quibus auditis dum suos **Cremagnola** parat ad pugnam: classis ducalis cum primū iluxisset: unius **Francisci** **Sphortia** cohortatione **Venetam** classem inuadit magnis clamoribus magnoq; & animoq; & corporū robore. **Franciscus** aut ipse cum militibus suis conuerso galeone: quem inscenderat in eum quo præfectus **Venetus** uehebat: galeonē tanto animi ardore: tanta ui: tantis oppugnant uiribus: ut **Nicolaus Taruisianus** nequiuerit diutius impetum sustinere: quin ex prætorio galeone in subiectum myoparonē demissus: deserta classe fuga salutis suæ consuleret. Per magnam ea pugna cladem **Veneti** acceperet: quippe qui galeones nouē ac uiginti amiserint: & reliquam fere classem uniuersam multis hominum milibus opibusq; refertam. Fuitq; ea res uel in primis causa: ut **Franciscus** **Cremagnola** apud **Venetos** in eam perfidiæ suspicionem uenerit: qua proximo anno postea **Venetis** est publice obruncatus. Hæc enim pugna profligata est in **Pado** non procul a **Cremona**: anno a natali christiano primo ac trigesimo: supra annū quadringētesimū ad millesimū: secūda feria nono **Kalēdas** **Iulias**. Dein postero anno publicæ ac magna cū celebritate atq; læticia **Blanca Maria** nata iam annos septē

despōsata est **F**ranciſco **S**phortia: id quod anno ſuperiore **P**hilip-
 pus pater promiſerat: quo tēpore hunc in uicecomitū familiā una
 cum ſuis omnibus filiis poſterisq; receperat atq; adoptarat. **A**t
 ubi rursus ob claſſem amiſſā **V**eneti foedus percuffere cum duce
Philippo: qui etiam ipſe tum ob **N**icolaum picininum apud **L**abi-
 nā pontem ad debilitatem uſq; catapulta uulneratum ad ceruicis
 neruum ſub occiput: tum quia maiora quādā: ut erat diuino quo-
 dam & ingeuio & ſapientia princeps: animo moliretur: non inui-
 tus bellum ſoluit. **F**ranciſcus **S**phortia ex ſoceri ſentētia abiens ex
 hac ciſalpina gallia in appuliam aduerſus **A**lphonſum regem pro-
 fecturus: recepit inter eundum in ultroneam deditionem picentes:
 qui ob duriorē prouinciā adminiſtrationem **I**oannis uirelleſci ri-
 cinatenſis epiſcopi apoſtoliciq; legati defecerant ab **E**ugenio quar-
 to: qui **M**artino nuper uita functo in pontificatū ſucceſſerat. **Q**uā
 quidem rem **E**ugenius: ut erat iuſticia & innocentia ſingulari: non
 modo moleſte nō tulit: ſed hunc potius in proximum annum & pi-
 cen in quartam uſq; progeniem marchionem eſſe iuſſit: & totius
 romanæ eccleſiæ uexilliferū: donec uiueret: ſponte cōſtituit. **Q**uid
 enim bella ea cōmemorem quæ dein tam multa ſocero etiam **P**hi-
 lippo aſſentiente & pro **V**enetiſ: & pro **F**lorētiniſ: & pro **R**omana
 eccleſia cum ſuo maximo nominis ſplendore confecit: **H**aud ſatis
 ſcio: utri magis accuſandi ſint: p̄ciſes ne qui ſeſe nimis quādoq;
 iſis facilis ad credendum prebent quos habent familiaris: an prin-
 cipum familiares qui aliquo ſuo uel commodo uel affectu alia q̄
 ſentiant illis perſuadent. **E**rant **F**ranciſcus **S**phortia **N**icolausq; pi-
 cininus ut præſtatiſſimi duo ac primarij in uniuerſa **I**talia impera-
 tores: ita mirifica inter ſeſe beniuolentia & ſuauiſſima cōiuncti cō-
 ſuetudine: adeo ut non conſilia modo cōmunia haberent: ſed mu-
 tuis ſe pecunijs adiuuarent **E**t ne id mirandū quidē: nam ab uſq;
Sphortia patre **F**ranciſcus norat amicum extitiſſe **N**icolaum: quip-
 pe qui & in **M**ichaelē **A**ttendulum: quo primum tempore in car-
 cerem **N**eapoli coniectus eſſet **S**phortia: ſe beneficū præſtituſſet:
 & captus poſtea: cum pro **B**racio bellum gereret: perhumaniter a
 patre foret liberaliterq; tractatus. **S**ed duo potiffimū fuerunt ſcri-
 bæ diſcordiarum omniū auctores: quæ poſtea inter **N**icolaū **F**rā-
 ciſcūq; orta ſunt: **A**ntonius **P**iſaurenſis: & **I**mmolenſis **I**acobus:
 qui cum nullis poſſent pecunijs ſatis ingurgitari: niſi quicquid **N**i-
 colaus acquireret: uel ſtipendio: uel præda diriperēt: illumq; noſ-
 ſent uirum magis bonum: q̄ callidum: at **F**ranciſcū **S**phortiam om-
 ni in re ſtrenuum ac prudentem: ueritine aſſidua talium amicorū

Nicolaus picininus
Labina

Gallia ciſalpi.
Appulia
Alphōſus rex
Picentes
Ioannes uirelleſcus
Eugenius pō.
Martinus pō.

Veneti
Florentini
Romana ec-
cleſia

Frā. ſphortia
Nicolaus picininus

Sphortia
Michael atten-
dulus
Neapolis
Bracius

Antonius pi-
faurenſis
Iacobus im-
moleniſis

FRANCISCI PHILELFI

cōsuetudine insidiæ fraudesq; suæ aliquādo p̄darent in lucē: nūq̄
 destiterunt perditissimi nebulones: donec per uarias calūnias atq;
 maledicta hominē simplicē & ad credendū facilem ab optimo ami
 cissimōq; uiro ab alienarunt. Quibus quidem duorum scribarum
 insidijs cū maxima bella inter duos clarissimos impatores secuta
 sunt: tū ad **Philippū** eximium illū atq; diuinū principē maxima in
 cōmoda calamitatesq; deuenere. Sed hæc ego qui utriusq; memo
 riam colam (ut par est) sanctissime: ne uidear mortuos in alterius
 uitæ tranquillitatē per cōmemorationē discordiarum tanq̄ irrita
 re: de industria prætereunda censi. Quare minime explicabo uel
 quæ in **Picētib;** & **Vmbri;** **Ethruscisq;** **Frācisco** **Nicolaus** incō
 moda sæpe intulerit nulla sua cū laude: dum se modo ecclesiasticis:
 modo **Alphonfi** copijs coniungit: uel quotiens ab eo fusus fuga/
 tusq; fuerit: cum ad **Bargā** quā obsidebat in agro **Lucensi;** tum ad
Barga **Tenere** prope **Veronam;** ab qua ipsa paucis post diebus: quā p̄di
Tenis tione coeperat noctu: cum ingenti detrimēto expulsus est. Nam ad
Verona montem laurum non longe ab **Isauro** flumine: quanto cum uulne
Mons laurus re eundem **Nicolaum** maxima pugna superatum uictūq; oppres
Isaurus serit nouerunt omnes. Quod certe inuitum **Franciscum** **Sphortiā**
 fecisse illud est perspicuum argumentum: q̄ postridie illius diei cū
 didicisset p̄ magna eum præmi inopia: amissis & uestimētis & mu
 lis & impedimentis & pecunijs: & reliquis rebus omnibus una cū
 castris: adhibita curriculo diligentia: quicquid in exercitu est reper
 tum: id omne misit ad eum dono cum aureis insuper mille. Ex quo
 potest liquido perspicui: q̄ illi fuerint improbi atq; nefarij: qui **Nico**
laū **Picininum** ab amico tam miti: tā clamenti: tam munifico dire
 merūt. Quanta præterea humanitate est usus: cum eodem fere an
 no **Franciscum** **picininum** in **Picentibus** prope mōtem ulmum cū
 uniuerso patris exercitu uāhemētissimo prælio profligatū cœpiter
Nam cum acerbissimo eo nuncio tantam **Nicolaus** in iram dolo
 remq; exarsisset: ut intra paucos dies uita defereretur: **Franciscus**
Picentes eius obitum cum primum accepisset: tanto mœrore affectus est: ut
Nicolaus pici post amissum patrem nihil unq̄ doluerit magis. Quod autem mu
ninus moriē nus præstare pietatis potuit: tū **Nicolai** **picinini** memoriā atq; uir
 tutem summis extulit laudibus: tum **Frācisum** eius filium: quē in
 arce **Firmana** custodiri iusserat: donatū pulcherrime missum fer
 cit. Quis igit̄ usq; fuerit ita ab omni hominis natura alienus: qui
 minus oparit tanta humanitate & lenitate uirum (si fas esset) im
 mortalem fieri: At illud certe est incredibili quadam admiratione
 prosequendum: quod cum excellentissima: ac fere diuina **Francisci**

Sportæ virtus usque adeo supra humanum excreuisset ingenium: ut **Alphonso** regi: & ipsi quoque **Eugenio** pontifici maximo formidabilis facta iam esset ingens atque primaria uires **Italia** in eum concitarentur. **Nam** & **Alphonso** quas habuit omnis collegit in eum copias: & **Eugenius** per auctoritatem illam apostolicam: quæ apud uniuersam christianam religionem uenerabilis habetur & sacrosancta: non modo reliquos **Italia** principatus, perpeccatos in eundem hunc commouit: sed ipsum quoque **Philippum Mariæ** socerum: ut aduersus dilectissimum generum mitteret maximos illos suos inuictosque exercitus: ueluti coegit. Etenim **Venetici** atque **Florētini**: qui huic uni sese auxilio potissimum debebant ob maxima beneficia: plurimaque accepta: tum censure ecclesiastica metu: tum periculi magnitudine id facere sunt deterriti. Quare cum non modo oppida nonnulla: atque urbes & in **Picētib**us & in **Vmbris** maximi anathematis formidine: ut appellant a **Francisco Sphortia** descissent: uerumetiam necessarii ipsi & sanguine coniunctissimi descuiissent: unus duntaxat **Fredericus comes Vrbinas** inuentus est: qui per id tempus ætate adhuc adolescens: sed morum grauitate admodum senex: ac mirifica probitate illustris a fidei sanctitate non recederet. Erant hostiles copie supra uiginti hominum milia: **Sphortianus** autem exercitus omnino constabat militibus ad summum sex milibus. Cumque reliqua loca omnia **Francisco Sphortia** suspecta essent & insidiarum plena: neque ab hostilibus pugnandi facultas offerretur ulla: sed eo tenderet hostibus omnis callitas & industria: ut hic intercluderetur comenatu: solus inquam is **Fredericus** inuentus est: cuius incorrupta fide & beniuolentissimi animi constantia nobilissimus ille princeps in tantis rerum omnium fluctibus sibi tutius nihil duxerit: itaque in tanta hominum perfidia leuitateque suorum se recepit atque in oportunam aliquam stationem in agrum urbem natam. Quo cum hostiles etiam copie essent continuo subsecutæ: neque sapius ad pugnam prouocata in æquum campum descendere unquam audent: sed more **Fabij illius** dictatoris se locorum difficultatibus usque tutarent: rem frumentariam comenatumque prohibentes: nunquam destitit **Fredericus** per maxima suorum subditorum omnium: suaque incommoda atque detrimenta leuare omnem **Sphortianam** difficultatem: & id quidem cum extremo ditionis suæ discrimine. At malebat egregius adolescens (ut erat animo inelyto) & dominatum omnem & uitam etiam ipsam: id quod palam assidue dictitabat amittere: quam pati ut de fide constantiaque sua quicquam desiderandum uideretur. Qua quidem peruerbata factum est: ut & reliqui hostes frustrati opinione sua: spem potius uictoriae omnem amitterent: & magnanimus dux ille **Philippus Maria** in maiorem adductus admirationem de insuperabili gene-

Alphonso rex
Eugenius pontifex

Philippus Maria dux
Venetici
Florētini

Anathema

Fredericus urbinas

Quintus fabius
dictator

FRANCISCI PHILELFI

ri probitate & sapiētia: nullum sibi praesidium regni sui certius fir-
 miusq; uideret: q̄ si unum **F**ranciscum **S**phortiam ad se tutādum
 q̄; primum accerferet. **I**d autem eo erit facilius affecutus: quod eo/
 dē ipso **V**rbinati **F**rederico tanq̄; deprecatore apud generū ipsum
 quem alienatū ab se existimabat: est usus. **D**ecreuerat em̄ is & iu-
 re quidem fortassis & de **E**ugenio & de **A**lphonso: ab quibus neq;
 diuino neq; humano iure foret armis per omnē contumeliā acer-
 rime appetitus: debitam capere ultionem. **T**anti autē fecit unius
Frederici studium: pietatemq; erga se: ut cum facile iam posset uim
 omnem hostiū retundere atq; opprimere (**N**am auxiliares copiae
 a **F**lorētinis & a **V**enetis iam aduenerant) id certe facere noluerit:
 tum magni esse ducens animi obliuisci iniuriarū: tum etiam grati
Frederico ipsi gratificari plurimum: quem in se adeo beneficū fo-
 ret expertus. **Q**uamobrem & cum hostibus cōtinuo bellum sol-
 uit: & se cum primum per honestatem posset: iturum ad socerum
 cum omnibus suis uiribus est pollicitus. **I**psum uero **F**redericum
 ex eo tēpore non secus ac si esset filius dilexit semper: & quod ho-
 norificum praestare maximeq; utile munus potuit: eundem prae-
 cit belli ducem uniuersis suis exercitibus. **Q**ua quidem dignitate
 ita ille est usus: ut simul cum aetatis p̄gressū charior quotidie sapi-
 entissimo & grauissimo principi atq; iucūdiō redderet. **S**ed iam
 ceteris maximis facinoribus splendidissimiq; omisiss: quae innu-
 merabilia pene sunt: ad propria paucis ueniamus. **V**t sunt res hu-
 manae oēs fluxae ac breues: egregius ille princeps **Philippus Ma-**
ria **A**nglus: qui uno sapientissimorū omniū hominū iudicio potu-
 it cum omni antiquitate in omni gloriā genere de nominis immor-
 talitate contendere: inopinato migrarat ex hac uita: cū **F**ranciscus
Sphortia eiusmodi casus omnis ignarus: ut erat animo in socerū
Gallia cisalpi- & beniuolo & pio: reuertitur in hanc galliam cisalpinam cū uxo-
na re: ac liberis: ualidissimoq; exercitu: quo illi auxilium ferret aduer-
 sus **V**enetos: qui iam agrum mediolanensem inuasērāt: & multis
 oppidis captis usq; ad portas urbis omnia ferro igniq; uastantes:
 quotidie circumquaq; discurrent. **I**gitur ubi **C**remonam uenit:
Cremona quā dotalem annis sex antea una cum uxore **B**lanca **M**aria a **Phi-**
Blāca Maria lippo socero acceperat: inita pro tempore cum **M**ediolanensibus
Mediolanēses societate: quos norat haereditario iure ad sese uxoreq; pertinere:
Placentia **P**lacentiā celeriter obsidet (**H**ac em̄ indigne ferens **M**ediolanēsiū
Mediolanēses **P**lacentiā celeriter obsidet) **M**unierāt **P**lacentiam **V**e-
Veneti **T**haddeus **V**eneti dominatū ad **V**enetos ultro defecerat) **M**unierāt **P**lacentiam **V**e-
Thaddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus **T**haddeus
 uiri firmissimo equitatu peditatuq; sub æstensis **T**haddei ductu
 æstensis uiri impigri & constantis. **Q**uam peruicacius repugnātem: ubi in/

tra paucos dies ui expugnatā captāq; & direptam (**Q**uis em̃ arma-
tis uictoribusq; militibus modum imponat) **M**ediolanēsis pro
societatis foedere tradidisse: **A**tq; in annū deinde proximū classem
illā & magnā & formidabilē: cui **A**ndreas **Q**uirin² præerat uir mer
caturæ q̃ bello nauali aptior: mira industria ac uirib² apud **C**asalē
maiorē ex arido & fudisset & coepisset in **P**ado: mox trans **A**dduā
aucto exercitu **C**arauagiū: quod iam antea **V**eneti occupauerāt: cir-
cumfedit oppidū sane cum populo frequēs: tum a **V**enetis comple-
tum maximis uiribus. **O**ccurrunt **V**eneti cum potētissimo firmissi-
moq; exercitu fortū uiroz supra uiginti milia: qui tandē post plu-
rima quotidie periculossimāq; prælia: cum intelligerēt oppidum
ad triduum usq; in ius nostri principis concessurū: freti uiribus suis:
& quod existimarēt oculatissimū & uigilantissimū agrum perinde
atq; dormitantē posse opprimere: castra adoriuntē ad eam partem
quā opinabatur incustoditā. **Q**uare cū per uia **F**ori noui in castra **F**orū nouū
impetum audaciter faciunt: summa prudētia incomparabilisq; uir-
tute unius **F**rancisci **S**phortia tanta clade perculsi sunt: ut nisi pau-
corū **M**ediolanensiu quorūdam: qui & ei & uniuerse reipublice in-
uiderent: sanis consilijs coniuratio obstitisset: actum esset eo die de
om̃i **V**enetoz imperio. **C**æterū hoc loco quæ deinceps secuta sunt:
nō ab re mihi prætereunda iudicauī: ne si alioz errata cōmemora-
uero: sanata uidear & consolidata iam uulnera ueluti refricando:
magis exacerbare. **I**llud sane om̃ibus & perspectum est & cognitū:
tantā nostri diuini illius principis & sapiētiam & constantiā inau-
ditāq; bonitatē extitisse: ut uniuerfus **M**ediolanensis & senatus &
populus tandē ubi sese collegisset: reiectis om̃ibus **V**enetoz & sua-
sionibus & subsidijs: unū **F**ranciscum **S**phortia una cum **B**lanca **B**lanca Maria
Maria mulierē clarissimāq; omniū: quæq; sunt aut fuerūt unq̃ aut
in posterum sunt futura: integerrima optimaq; uiragine ad totius
reipublice imperium mirabili concordia atq; beniuolētia accersie-
rit: & eundē q̃ diu in uiuis fuit: summa cum fide atq; pietate nō se-
cus ac parentē: tum semper obseruauerit: tum assidue obseruet uel
mortuum. **Q**uid em̃ sim prolixior in referēdis alijs eius rebus tam
multis tamq; magnificis: quas uel belli uel pacis & in om̃i lauda-
tissima uitæ genere cum sempiterna sui nominis celebritate confe-
cit: **N**onne id unum exploratissimū est illius mirificæ uirtutis do-
cumentū: q̃ unus **F**ranciscus **S**phortia apud om̃is principes chri- **F**ran. **S**phor.
stianos uenerabilis: apud **B**arbaros uero & aduersarios christi no-
minis esset admodū formidabilis: **N**am qualē præterea uel erga **P**herdinādus
maximos ecclesie **R**omanæ pontifices: uel erga **P**herdinandū regē rex

Alphōsus rex diui illius regis **Alphonſi** filium: uel erga inuictiſſimū regē **Franco**
Lodouic⁹ rex rum **Lodouicum** ſe præſtiterit: totus terrarū orbis: & uidit & admi
ratus eſt. **Sed** quid plura in medium referā: **Vno** **Frāciſco** **Sphor**
tia nemo humanior: nemo benignior: nemo melior: nemo imorta
li deo per omnē iuſticiā & æquitatis pietatiſq; laudē hominibuſq;
acceptior aut charior unq; fuit. **Adde** quod in tanta filiorū proſpe
ritate rebuſq; ſecundiſſimiſ: regno florētiſſimo: ſūma gloria: uali
tudine integra: leuiſſimo genere mortis ita intra biduum eſt extin
ctus: ut eam pro ſua illa acutiſſima mentis acie incredibiliq; prudē
tia intellexerit quidē non aut ſenſerit. **Quæ** cum ita ſint: noſtri mu
neris eſſe arbitror illuſtriſſimi principes: ut modum iam tandē no
ſtro huic tam diuturno luctui imponamus: quod ut ipſi primi fa
ciatis: quo cæteriſ quoq; grauitatis exemplo ſitiſ: nō debeo uos nō
monere: adhortari: orare: obteſtari. **Vincenda** eſt em̄ uobis animi
mollicia: & lachrymæ om̄es reprimēdæ: ne quo magis in parētem
pij uideri uultis: eo minus in deum ſperare iudicemini. **Nam** ſatis
eſt mea quidē ſentētia: uel pro imbecillitate naturæ: uel pro cōmu
ni cōſuetudine annū iam totum in luctu mœroreſq; agitaſſe. **Rede**
at deniq; animi tranquillitas cum priſtina illa uultus ſerenitate or
natusq; elegantiā. **Quod** ſi minus fortaſſe ueſtra cauſa faciuri ſitiſ:
id ſaltē huic ueſtræ uniuerſæ rei publicæ cōdonate: quæ non ueſtra
minus q̄ amiſſi principis cauſa in extremis uerſat̄ angoribus: **Nā**
cū illo actū eſt q̄ optime: qui p̄ oīa ut ſummatim cōplexi ſumus: &
animi & corpis & fortunæ bona ad q̄ntū & ſexageſimū uſq; annū
uictis om̄ibus & inimicis & hoſtib⁹ perſeuerauit inuictus: & ita pa
cata oīa atq; tranquilla a nobis abiens reliquit: ut cum om̄es eius
abefſent exercitus: alij in **Appuliſ**: ut regi **Pherdinādo** pro affinita
tis iure inſeruirent: alij in **Flāminijs**: ne quis impetus oriret̄ aut in
Bononiēſes: aut in **Senēſes**: aut in **Florentinos**: quos ſocios amicof
q̄ haberet. **Alij** in **Galliſ** tranſalpinis: quo adeſſent **Lodouico** re
gi: ab quo propter **Sagonā** dono **Genuā**q; acceptā bene eſſet affe
ctus: ne minimus quidē tumultus in hanc uſq; diē in uniuerſo eius
Florētini imperio ſuſcitatus ſit. **Itaq;** nobis moderate ferenda eſt huiuſmodi
hominis naturæ neceſſitas: tum quia mortalibus eun̄ctis & cōmu
nis eſt & debita: tum etiā quia ærumnis præſentis uitæ nos liberāſ
Lodouic⁹ rex ſe ducē præſtat ad meliores aui tranquillitatē. **Quid** em̄ eius mor
tē doleam⁹: cuius uita om̄is plena fuerit honeſtatē: & aduerſæ nulli
Genua ſubiecta fortunæ: **Nā** recte **Pindarus**: **Premiū** primū tibi res ſecū
Pindarus dæ **Afferēt**. **Laus** hinc ſequit̄ probata. **Quæ** duo quiſquis tenuit:
beatus iure uocet̄. **Tanta** erat ſapiētia noſtri principis: tū om̄ibus.

ORATIO FVNEBRIS I

in rebus consiliū: tanta moderatio: tāta grauitas: ut non solū nihil unq̃ patere: aduersi: sed fortunæ ipsi tanq̃ dominare: quicqd' uel magnū: uel appetēdū in uita sit: in sua potestate usq̃ habuisse uideatur. **E**st ille foelicissim⁹: ait: apud **Euripidē**: **Hecuba**: mali nihil cui accidit uiuio. **Q**uis aut̃ uir sapiēs fragilē hāc atq̃ breuē uitā nō conternat habeatq̃ pro nihilo: quo solidā sempiternāq̃ cōsequatur. **H**ac sane ratione uerā beatitudinē docebat **Epicurus** in hac hoīm uita nullo pacto inesse posse: quia corruptiōi subiecta foret. **O**b eā q̃ rem uocat deū beatū: qđ & incorruptus sit & sempitern⁹. **Q**uid igit̃ illū post uitā tam diu bene actā adeo doleamus obdormisse in domino: tanq̃ adhuc uelimus inter hosce turbulentissimos fluctus agitari laborareq̃ assidue. **H**ūc oib⁹ & pralijs corpis: & sæculi cladibus liber suūp̃sius uictor euasit in calū: quē si magis q̃ nos ipsos caste ac pie diligeremus: gauderemus sane: nō doleremus. **S**i diligere retis me: ad **Apostolos** ait **Christus**: gauderet̃ utiq̃ q̃ uado ad patrē. **N**ec em̃ oibus: ut scriptū reliquit **Cicero** in cōsolatione de filia suā obitu: ijdem illi sapiētes arbitrati sunt: eū dē cursum in calū patere. **N**ā uitij & sceleribus cōtaminatos deprimi in tenebras atq̃ i coeno iacere docuerūt: castos aīos: puros: integros: incorruptos: bonis etiā studijs atq̃ artibus expolitos leui quodā & facili lapsu ad deos: id est ad naturā similē sui sup̃uolare. **E**uolauit inq̃ **Frāsciscus Sphortia** ex his terrenis tenebris in serenā illā celestēq̃ regionē: ut ei⁹ cōspectu atq̃ uisu in oēm aternitatē frueret̃: ad cuius imaginē ac similitudinē nouerat se creatū. **A**t stultū esse quis dixerit nō dolere id oportere: qđ sua natura sit malū: tanq̃ mors i bonis sit numerāda qua tollit uita. **P**ræterea alias quinq̃ afferri posse lugēdi causas: quarū una sumitur ex eo incōmodo: qđ ipsi accipimus ex illius obitu quē dilexerimus. **A**ltera uero qđ existimem⁹ animū sine uāhementissima doloris acerbitate a corpore cui penitus inhæret infixusq̃ est: separari haud posse. **T**ertia autē causa suscipiē: q̃ arbitremur eundē quē lugemus priuari huiusce uitæ uoluptate. **A**dducūt etiā quartam ex horribili metu sempiterni supplicij apud inferos. **S**unt præterea nonnulli ingenio usq̃ adeo depriuato: & ab oīi hominis natura dignitateq̃ alieni: ut animū opinentur una cum corpore interire: dissipari: deleri. **I**taq̃ eos ferreos esse dicunt planeq̃ amētis atq̃ insensatos: qui minus doleant mortem ac summis ducant in malis. **S**ed has ego singillatim lugendi causas soluam & facile: & uero: & breuiter. **E**t primū quidē ex antiquorū philosophorū sententia probatur animi immortalitas. **N**am poetæ omni doctorum hominū genere longe antiquiores: quid senserint de animorū

Euripides

Hecuba

Epicurus

Apostoli

Christus

Cicero

Confutatio & confirmatio
Quot sunt lugendi causæ

Prima causa

FRANCISCI PHILELFI

Orpheus aeternitate: cum **O**rpheus & **H**omerus: tum alij & graeci & latini se
Homerus re innumerabiles sunt locupletissimi testes. **P**lato duplicē esse ani
Probatio im- mū docet: qui rationis particeps sit aeternus: alterq; mūdi: alterq; ho-
mortalitatis minis. Ita aut a **P**latone animus de finis: **A**nimus est essentia incor-
aioꝝ p rōnes poreā seipsam mouēs ac rationalis. Ea aut ratione animi imortali-
Platonica ani- tatē probat **P**lato: qđ is per se se moueat & semper ac ceteris qua-
mi definitio cunq; mouent & fons sit & principiū motionis. **N**ec em̄ latere nos
debet immortalitatē dupliciter accipi: qđ aut aliqd imune sit mor-
tis: qm̄ eius sua natura capax nō sit: ut anim⁹. **A**ut qđ alteri⁹ bene-
ficio a morte reddat incolume: ut mūdus scđm **P**latonē. **Q**ua etiā
ratione aliquid agitari dupliciter diciť. **N**ā & de eo accipi solet: qđ
ex quo principio esse coeperit: semper mouet: ut mūdus: & qđ sem-
per & est & mouet: ut animus. **N**ec sane ulla possum ratiōe assequi:
quid illos mouerit: qui omnē animū uoluerunt una cū corpore in-
terire. **N**am si ita foret: & mundus iam pridē & quae in mundo sunt
om̄ia perissent. **S**ed quo pacto mundi animū immortalē dixerunt:
hominis aut mortale: cum & principiū uterq; motiōis sit: & uterq;
uiuat a seipso: & eadē eodē attingat modo: quippe qui intelligat &
quae in caelo sunt: & quae sunt ultra caelū: & quicquid est scđm essen-
tiam: quareat ascendatq; ad primū usq; principiū. Ita q; cōtempla-
Plotinus tio scđm **P**lotinum: quae ab ipso sit: ex ijs quae in ipso admirabilia
sunt: & ex unoquoq; quod in ipso est: & quod est ex **A**cademica re-
cordatione: etiā ante tempus ipsa dat esse. **E**t qm̄ perpetuis anim⁹
sciētijis utiť: perpetuus quoq; necessario ipse est. **A**d haec quicquid
accepta cōpositione perficiť ut sit: id idētidem natura dissoluit: ut
est compositum. **A**t animus una est & simplex agilitas in uidendo
scđm naturā. **N**on igit hoc pacto corrumpi potest. **P**raeterea cum
animus nō sit corpulentū quiddā: nec habeat quantitātē: etiā ubi
separeť a corpore: dissipari deleriq; nō potest. **N**ū fortassis in aliud
transmutatus corrumpat: **A**t huiusmodi trāsmutatiōis corruptio
aufert formā: materiā dimittit. **H**oc autē est cōpositae rei passio. **S**i
animus igit scđm hoĩz aliquod genus corrumpi nequit: is est ne-
cessario imortalis. **H**anc aut immortalitatē animi humani cum alijs
Aristoteles multis in locis probat **A**ristoteles: tum etiā in libro secundo de ani-
maliū generatione uerbis huiusmodi: **O**m̄es animi necessario sunt
uirtute prius q̄ actu. **N**ecessē etiā est aut omnes nō esse prius & fie-
ri: aut oēs antea existere. **V**el alios esse antea: alios non esse. **A**c fieri
aut in materia & nō ingredi in maris semine: aut in materia uenire
a semine quidē sed in mare: aut extrinsecus fieri om̄es: aut nullum:
aut alios fieri: alios nō fieri. **Q**uod fieri igitur nequaquā possit: ut

animi omnes prius existāt: patet ex huiusmodi ratiōibus. **Q**uorū cūq; em̄ principiorū corporalis scilicet est opatio: hāc antea existere sine corpore minime possunt: ut incedere sine pedibus. **Q**uo fit ut animi extrinsecus ingredi nequeāt: **N**eq; em̄ fieri potest ut ipsi p se se q separari nō possunt ingrediantē: **N**ec item ī corporeo semine: **E**st em̄ semē superfluitas imutati alimēti. **R**elinquit ergo mentē solam extrinsecus aduenientē ingredi: & eandē solā esse diuinā. **N**ihil em̄ cum eius agilitate habet cōmune operatio corpalis. **O**m̄is igit̄ uis animi uidet̄ alius corporis esse particeps: & eius quidē diuinioris q̄ illa sunt corpora quæ uocant̄ elemēta. **S**i auctoritatibus tm̄ inniti nos oporteret: afferrē alios plērosq; nobilis spectatosq; philosophos: qui sola grauitate nihil cōtradici posse cōuincerēt. **Q**uis est em̄ usq; adeo hebeti obtusoq; ingenio: qui sujsius discrimē habeat nullū: qui nō intelligat propriā animi humani perfectionē id esse quod incorruptibile sit: **A**t propria huiusmodi animi operatio intelligere est. **E**a em̄ hominis & pecudibus præstat & stirpibus & inanimis: **S**ed intelligere scdm̄ uim ppriæ naturæ uniuersaliū est: & eorū quæ corrumpi non possunt. **S**ed cū oīs perfectio ad suū perfectibile necessario pportione habeat: reliquit̄ animū humanū interitui nō esse subiectū. **M**entalis inq; animus immortalis est & sempiternus. **E**t ne id quidē mirū. **N**ā si ea pte quæ nobis ē cōmunis cū belluis: corrūpimur atq; interimus: q̄s ambigat ea nos pte incorruptos immortalisq; futuros: quā ad dei imaginē silitudinēq; creati cōmunē habemus cū cælestibus illis uel mētibus uel angelis quos appellāt: **P**ræsertim qd̄ necesse sit ea substācias habere cōmunis quibus opera sunt cōmunia. **S**ed hominū aīos ita supremā cōtemplari: æternāq; ueritatē ut angelos: qui ignorat se hominem esse negat. **H**āc certe uim mētis solā dicit **A**ristoteles in sjs libris: quos de **A**īa **A**ristoteles reliquit̄ scriptos: a ui sensitiua ita separari: quēadmodū qd̄ perpetuū est ab eo qd̄ sit corruptibile. **E**t est huiusmodi sane anim⁹ uiuaxquadā imago dei: quē iccirco ad suā creauit similitudinē: ut p̄ximis sibi quodā pacto in suo genere immortalis etiā secū foret. **V**t em̄ scriptū est in libro **S**apiētiae: **I**ncorruptio facit p̄ximū deo. **P**ropterea inquit: per hanc habeo immortalitatē. **P**ræterea si deus ipse dumtaxat animi humani & cōditor est & creator: a quo alio q̄ ab deo is perimi potest: quēadmodū de angelis affirmant⁹: quos nulla interimit uis naturæ: **N**am quicquid est natura corruptibile: id naturalib⁹ cōstat causis: at animū deus naturæ causis nō subiecit: **I**d qd̄ in **T**imæo etiā docet **P**lato. **R**ecte igit̄ in euāgelio præcipi: **P**lato eum timere: qui postea q̄ occiderit: potestātē habet mittere in gē **M**atthæi. jo.

hennam ignis animāq; & corpus ibi perdere. Atq; illud quoq; per-
spicuum est si animus interiret: ex eo effici nihil posset: At quicquid
est naturali causa uicq; generatū nunq; perit: quin inde aliquid pro-
ducat: ut ignis ubi ligna cōcremarit: & carbones ex lignis: & cinerē
& uapores flāmeos efficit. Quo fit: ut nihil arte pereat: quin aliqd
inde sit reliquū. Id autē de aīo dici nequit: Is em si pereat: relinqui-
tur nihil omīno. Videmus insuper uirtutē omnē instrumentālē de-
bilitari in ipsius instrumētī debilitate: eandēq; perire ubi pereat in-
strumētū. Ita oculis auribusue debilitat: audiēdi ac uidēdi uirt^{us} de-
bilitat: eadēq; perit: cū ea pereūt instrumēta. De mētali aut uī acci-
dit mīto sec^{us}. Nunq; em neq; debilitat: neq; perit ex cuiusq; instru-
mētī uel amissiōe uel debilitate: etiā si qnq; eius agilitas ob imagi-
nandi uim interceptā cessare uideat. Nec itē illud ignorat quisq; q
omīno stultus nō sit: Quicquid forma uti^{us} infinita ac nullis termi-
nis circūscripta: id corporeū esse nō posse: cum omīe corporeum for-
mā habeat & finitā & suis terminis circūscriptā. At uniuersale uī
multiplicatiōis dicimus infinitum: quodq; neq; sit terminatū com-
munitate: neq; finitum quantitate. At mens cū in intelligendo hu-
iusmodi formā habeat ipsum uniuersale: relinquit eam esse & sim-
plicem & separatā: ac ob eam rationē etiā imortalem. Nam quid
sim longior in animoz; nostroz; probanda imortalitate: quā illoz;
dumtaxat mentes nō capit: qui aut stulti sunt: & ita similes iumen-
toz; aut scelerati & impij: atq; proinde imanes: adeo ut diuinā uim

Epicharmus

quoq; negēt omīno. Haud em scio quid Epicharmus ille comicus
sibi uoluerit: cum ait: Homo & concretum est quiddā: & discretū:
atq; abit: unde uenit rursus terra in terram: spiritus autem sursum.
Quid horum triste: Nihil. At ego ita hominem esse concretum ar-
bitror: ut & animo affirmē immortali constare: & corpore interitui
debito: quippe q; compositum sit ex quattuor elementis: propor-
tione quadā non arithmetica: neq; geometrica: sed musica potius:
Quā tantā uim habet in uiui hominis corpore: ut animū Aristote-

Aristoxenus

Harmonia

**Animi defini-
tio**

lis discipulus Aristoxen^{us} nō dubitavit harmoniā esse: definire. Sed
animus qui uitam dat corpori: & id sua praesentia regit atq; mode-
ratur: aliud nihil est mea quidem sententia q; creata substantia spi-
ritualis simplex: ratiois intellectusq; particeps: quā seipsam mouēs:
naturale instrumentaleq; corpus tamdiu afficit ea uī: quā & uita-
lis est: & sensibilia admittit: quo ad eorum natura capax elementa-
lem convenientiam seruat. Huiusmodi inq; animū aeternus: & im-
mortalis deus inmortalem creando infundit in corpus humanū:
nū opinione & infundendo creat. Quam animorum immortalitatem ut indu-

bitato credam: si nullam etiam rationem afferre nossem: quæ sunt prope infinita: non probabiles solum: sed etiam necessariae: communis tamen ipse populorum omnium ac gentium nationumque consensus: qui est quædam ueluti firmissima lex naturæ: eam mihi ante oculos poneret. Quæ enim audiuius unquam: aut legimus uel barbaram multitudinem: quæ futura sæcula nihil ad se pertinere opinaretur: quæ parentalia negligeret: quæ minus & orationes: & sacrificia pro ijs faceret extinctis: quos uiuos charissimos habuisset:

¶ Quid enim illorum afferam testimonia: qui uel in Italica ab usque **Pythagora**: qui **Pherecyden Syrium** audiuerat: uel in Ionica philosophia: cui principium dedit **Thales milesius**: uiri eruditissimi & grauissimi floruerunt: **¶** Qui uero inter **Arabas** habiti sunt illustres acutissimique philosophi: **Auerrius**: **Auicenna**: **Algaçel**: **Isahac**: **Alpetragoras**: quæ multis: quæ uarijs: quæ subtilibus: quæ ueris docuerint rationibus esse hominum animos immortalis: sit difficile numeratu. **¶** Nec illud paruum est documentum permansuros animos post corporis separationem: quod & boni & mali angeli nonnunquam apparere: **Thales** hi ad malas actiones: illi ad bonas homines adhortantes: quod nunquam facerent: nisi nossent quosdam esse paratas sedes animis mortuorum & ad premia & ad poenas. **¶** Sed quod omnem superat ueritatem: habemus & uetus & nouum testamentum: ac reliquos sacros libros: quibus quod diligentissime erudimur: non solum uiuere nos post obitum: uerum etiam cum corporibus una resurrekturos aliquando id quod magi quoque antiquissimi **Perfarum** philosophi constantissime asserunt. **¶** At uidete obsecro: quantam ego tribuam auctoritati atque sapientiæ unius **Francisci Sphortia**: cuius hæc agimus parentalia: **¶** Si nullæ possent rationes afferri: quibus hominum animi immortales esse demonstrarentur: si nulli gentium omnium nationumque consensus: si nullæ essentiarum inuisibilium apparitiones: si grauiora nulla testimonia quirent adduci: sola illius diuini principis uita laudatissimi que mores: ut id sine ulla controuersia credere sat superque præstaret. Quo enim pacto se ab omni iniuria: ab omni abstinuisset maleficio: si futurum iudicasset: ut mors totius hominis esset interitus? Quot fugit & uoluptates & emolumenta honestat gratia: Quot labores periculaque suscepit: ne qua turpitudinis cuiusque suspitione se inquinaret? Duxerat olim uxorem in **Calabris** natus annos septem ac decem: nobilissimam pulcherrimamque uirginem **Polyxenam Rufam**: cui mortis alti comitatus cum oppidis pluribus municipijsque parebat. Ex hac suscepit iam puellulam: cum absens ad patrem **Sphortiam** certior factus est: & filiam infantulam primum: dein intra paucos dies **Polyxenam**

Probatio ab auctoritate Ionica philosophia

Pythagoras Pherecydes Ionica philosophia

Thales Arabes Auerrius Auicenna

Algaçel Isahac Alpetragoras

Probatio ab apparitionibus spirituum

Probatio a sacris libris Philosophi

Magi Probatio a fratre

Francisco Sphortia uita atque moribus

Polyxena Rufa Mons altus

FRANCISCI PHILELFI

quoque uxorē ueneno a matertera esse interemptā. Reuertit̃ in Calabros. Rē ita habere reperit: ut acceperat. Nā impia illa mulier ut & comitatu Montis alti & sororis filiæ Polyxenæ cæteris bonis omnibus hæreditario iure potiret̃: tanto se cōtaminarat scelere. Non milites Sphortiani solū: sed ij oēs Calabri quibus Polyxena præfuerat hortantē adolescentē: ac profusissimis lachrymis obtestantē: ut ultione sumpta de sceleratissima muliere & interemptæ uxoris: & ei⁹ materteræ dominatū oēm: id quod facillimū factū erat sibi uendiceret. Cū is nō religiose minus quā grauiter ita rēdit: Et si nō ignoro quod mun⁹ iusticiæ est humanæ: malo tñ quod dei est sequi quā quod hoīs. Scriptū est em̃: Mihi uindictā & ego retribuā. Neque illud præclaræ cōtinentiæ argumentū silendū est. Quo tpe Franciscus Sphortia bellū gerebat pro Florētinis: aduersus Lucēses. Pontito municipio uicapro direptoque: inter mulierū militarē contumeliā (ut sit) puella quæ dā eleganti forma quinque ac decē annos nata trahebat a militū globo ad ludibriū stupri: cū uociferās illa imperatori se dedendā precabatur. Imperatori em̃ suā deberi uirginitatē. Itaque metu percussus milites hāc ad illū adducit: quare intellecta idque illa hilari uultu corā asfirmat: hic ut & iuuenis & corporis temperamēto procliuius inueniret̃: & qui nō dum Blancā duxisset uxore: nō detrectat mun⁹. Cū uero tempestiue uirgine in lectū adducta iā hastæ innixus uenereæ uoluptatis foret uulnus ultimū illaturus: subito uoce stæbili inquit uirgo: Ego te mi optime imperator oro atque obsecro per hāc impolutā Mariā uirginē: cuius sacratissimā imaginē hic depictā aspicias: (Erat em̃ in proximo appēso pariete quædā tabula: qua Mariæ uirginis imago representabatur) ne mihi meā uirginitatem eripias: sed meo me sponso qui asseruat inter captiuos relinquant intactā. Quibus auditis: cōtinuo Franciscus Sphortia compressa ui omni ueneri appetit⁹ & illā dimisit intactā: & eius spōsum ppulchre donatū carcere liberauit. Oh mirabilē atque in hanc diē inauditā summi uiri cōtinentiā: longe mihi profecto unū hoc Francisci Sphortię nō cōtinēt: sed religionis & pietatis exemplū maius illustriusque uidet̃: quod de Africano superiore proditū est memoriæ: qui ne uenire quidē in cōspectū suū sit passus puellā Indibili desponsatā: cū tñ illum dixisse cōstat: Equidē ea uterer si serua esset & nō libera. Quis nō eā iusticiæ laudē admiret̃: qua est usus ad Rubiconem Nicolaus Veneti Picininus quā tempestate Venetos uahemētius prameret: ut in agrū iā usque Patauinū multis oppidis: & Brixianis: & Veronensibus: & Vicentinis in deditionē actis oīa circūquaque bellico more uastarentur: ueniēs Franciscus Sphortia ex Picetibus ut Venetis per stipendij

Africanus superior
Indibilis
Rubiconem
Nicolaus Picininus
Veneti

Picentes

societatisq; iure auxiliū ferret in summis difficultatibus: ad **Rubi-**
 cona statua posuerat: cū ex urbe **Foro** liuio noctu ciuis cuiusdā fa- **Forū liuiū**
 mulus ad eū uenit: pollicitus illā se urbē sine ullo prorsus discrimi-
 ne ei traditurū: & q̄ pacto id facturū esset edocuit. **Cui** cū r̄ndisset
 imperator: nō eo se aduenisse: quo perfido cuiq̄ esset adiutor: iussit
 hominē cōprehendi ilico eūq; artius uinctū intra portas usq; **Fori**
 liuij agendū curauit: quē re omī diligenter exposita ciuibz ad sup-
 plicij tradidit: **Imitatus** is quidē: tum **Camillū** in faliscis aduersus **Camillus**
 magistz ludi: tum **G. Fabricij** aduersus medicum regis **Epirotaz** **G. Fabricius**
Pyrri. Possē huiusmodi exempla iusticiæ summæq; uirtutis p-
 pe infinita in medium asferre. **Sed** alijs duobz tribusue cōtenti si-
 mus. **Non** em̄ parētia celebrātes historiā recēsemus. **Accepta** in- **Carauaginm**
 genti illa ad **Carauagiū** memorabiliq; clade: cum **Veneti** rebz suis **Veneti**
 iam desperarent: ijs qui **Mediolani** factiosi ciues per id tps summæ **Mediolanū**
 reipublicæ sorte præerāt: **Frāncisci** **Sphortia** oēm & yntū & gloriā:
 ut erant animi iudicio hulcerato: uertentes in perniciē suā: clam cō-
 perūt per **Henericum** **Panicarolā** uirum callidum & industriū: qui **Henericus pa-**
 mercaturā **Venetis** exercebat: de pace cum **Venetis** agere: ea cōdi- **nicarola**
 tione ut **Frānciscū** unū **Sphortiā** ex hac **Gallia** **Cisalpina** omīno **Gallia cisalpi-**
 extruderēt: & ipsi certa inter se lege quas ille urbis & oppida possi- **na**
 debat diuiderēt. **At** **Veneti** q̄q; intelligebāt nihil tutum sibi futurū:
 cum ciuitate factiōibz dissidenti: tñ quia intelligerēt oēm **Medio-**
 lanensium cum suo duce discordiā sibi nō posse nō prodesse: rē ue-
 luti probare: & uana cōsilia uerbis alere operāq; dare: ut eaz oēs in-
 sidia ad **Franciscū** **Sphortiā** perferrent: qui etiā ipse iam pridē oīa
 per nonnullos optimos ciuis ex **Mediolano** antea didicerat: diffi-
 mulabat tñ futurū: sperans ut improboz animi præclaris suis inte-
 gerrimisq; operibus flecterent ad sanitatēq; redirēt. **Sed** ubi uidet
 in dies magis atq; magis res suas apud **Mediolanēses** habere peri-
 culosius: & **Brixia** quā iam esset in deditionē recepturus e manibz
 sibi eripi **Mediolanensium** ad **Brixianos** litteris quæ ne id facerēt:
 qm̄ propediē cū **Venetis** forent foedera percussuri: suadebāt: ea co-
 actus necessitate ne & ipse & **Mediolanēses** una perirent: societate
 init cū **Venetis** ea cōditione: ut seruato foedere qd̄ **Philippus Ma-**
 ria socer **Ferrariæ** paucis diebus prius q̄ uita excederet cū illis per **ria**
 cusserat: sibi auxilio forent: & equitibus quattuor milibus: & pedi- **Ferraria**
 tibus duobz milibus: & aureis nūmis ternis denis milibz in mēses
 singulos: donec omī **Mediolanēsiū** ditione quæ **Philippi** soceri fue-
 rat: potiret. **His** humano atq; diuino iure sanctissime cōstitutis at-
 q; firmatis: cū **Franciscus** **Sphortia** municipia & castella oīa quæ

FRANCISCI PHILELFI

ex **Bergomēsi** agro atq; **Brixiano** nup abstulerat: restituiſſet **Vene-**
Chrema tis: & **Chremā** præterea ex illo **Ferrariensi** cū duce **Philippo** foede/
Philipp² dux re traditurus prope diem foret: atq; **Veneti** contra annum iam inte/
grū quæ conuenerāt q̄ absolutissime obseruassent: eo iam res erat
adducta: ut **Mediolanenses** diutius tanti belli molem tolerare non
posſent: præſertim q̄ intestinis ſeditionibus fluctuaret: & boni oēs
nobilissimiq; ciues eā popularē tyrannida iuxta atq; infœlicissimū
auspiciū q̄ ærumnoſissime ferrent. Tum **Veneti** cœpere conſiliū
eius ſoluendæ ſocietatis auxiliijq; ferendi **Mediolanensibus** contra
Franciscum Sphortiam: ubi minus ipſe q̄ primū & a bello deſiſte/
Padus ret: & quicquid intra **Padum**: **Ticinum** atq; **Adduam** **Mediolanē**/
Ticinus ſibus bello abſtuliffet: ijs reſtitueret. Quæ ratio ſenatus **Veneti** gra/
Addua uitatem a propoſito mouerit: nō ſatis compertū eſt. Alij dicūt eos
Fredericus rex noluiſſe diutius tantam ſine ullo emolumento impēſam ferre: Alij
Carolus rex qđ uitio ſibi dari: & a **Frederico** rege **Romonorū**: & a **Francorū** rege
Alphōſus rex **Carolo**: & ab **Alphonſo** rege grauiter ducerēt: qđ qui libertatem
uni omniū amplecti maxime tueriq; deberēt: ij urbem quæ libera
eſſe uellet: ad ſeruendū cogerēt. Suntq; præterea q̄ aſſerant illos ſi/
bi ut uiros prudētiffimos metuiffie: ne **Franciſcus Sphortia** ubi uo/
to potitus eſſet tantis auctus elatusq; uirib² uictoria in ſe arma cō/
uerteret. Qui decretū hoc edictūq; **Franciſco Sphortia** nunciarēt:
Paschalis ma lecti iam fuerāt duo: **Paschalis Maliperius** & **Vrfatus Iuſtinianus**:
lipperius hicq; iam in itinere eſſe ferebant: cum **Carolus Gonçaga** uir ſtrenu²
Vrfatus iuſti- ac fortis ducem hortat^r buiufmodi fere uerbis: Quæ **Veneti** decre/
nianus uerint: tenes: quid igi^r cunctamur? **Sine** ipſe **Bartholomæū** hunc
Bartholomæ- collionē ac reliquas **Venetorū** auxiliari² copias quæ hic prope apud
us collio nos ſunt: de improuiſo adoriar. Facile em̄ opprimā uertāq; in præ/
Carolus Gon dam. Idem tuiſe facito de cæteris **Venetorū** uiribus: quæ **Chremā**
gaga obſident. Et hoc pacto eadē hora tum **Mediolanensium** peruicaciā:
tum **Venetorū** inſidias una uiceris. Ad quæ nobiliſſimus impera/
tor ita reſpondit. Doleo equidē **Carole** & uāhemēt^r profecto: qđ
me **Venetorū** ſocietate quos & amaui ſemper: & feci plurimi ita pri/
uatum iri intelligā: ut quos ob maxima utrinq; data acceptaq; be/
neſicia amiciffimos ſemper oportuit: hoſtes ſim habiturus. Cæterū
utruq; res habeat: malo illos iniuriæ q̄ me & eſſe & haberi aucto/
res. Deus eſt cunctis hominū uiribus longiſſime ſuperior. Huius
ego fratus auxilio metuo neminē. Quare nihil prorsus qđ me de/
Chrema deceat: ſum factur². Quæ cum dixiſſet: curauit illico: ut legatis **Ve**
netorū **Chrema** traderet. Id em̄ per ipſum **Carolū** cuius magnæ
militū manus præſidio erat **Chremæ**: uel **Chremēſibus** inuitis effi

cit. Nam q̄ antea fuerat per **Philippū** socer̄ **Ferrariensi** fœdere con-
stitutum: & ipse postea cōfirmarat: uoluit ratum esse: ne quid ab se
factum uideret iniuste. Neq̄ minore se animi uel magnitudine uel
clamētia gessit: posteaq̄ rerū **Mediolanensiū** est potitus. Nam ubi
post acceptā **Francisci Sphortie** beneficio **Chremā Veneti** decre-
to sunt usi: atq̄ is suo dumtaxat Marte & incredibili sapientia suis
coeptis deesset nunq̄: Tandē post annū a **Mediolanēsi** republica p-
stratis atq̄ compressis sceleratorū quorūdam ciuium nefarijs cona-
tibus: ultro est ad urbis & totius regni gubernacula una cum uxo/
re ipsa muliere & sancta & pia **Blanca Maria**: summis etiā cum pre- **Blanca Maria**
cibus accersitus: q̄ sefē modeste moderateq̄ gesserit: auditote quā/
so. Vt uniuersa urbs in sex partis distributa est: quas portas appel-
lant: oratores duodecim lecti sunt bini pro singulis portis. Tertiū/
decimus lectus est publico decreto **Franciscus Philelfus**: siue id lin- **Franciscus**
guā dicendiq̄ beneficio factum fuerit: siue q̄ hunc existimarent im- **Philelfus**
peratorī esse pergratum: ut qui non metuerit in summa gladiorum
impunitate duas ad populum acerrimas habere orationes in teter-
rimos illos inhumanisq̄ tyrannos: qui diuina omnia humanaq̄ iu-
ra uexarent atq̄ confunderēt: & id quidem in sacratissimo hoc tem-
plo in maxima omni magistratuum ordinūq̄ frequentia. Hic igi-
cum nomine **Mediolanensis** reipublice solus ex omnibus oratori-
bus: quemadmodum a publicis Magistratibus **Mediolani** consti-
tutum fuerat: orationem ad **Franciscum Sphortiam**: qui adhuc se
Moguncie cōtinebat: habuisset: quā magis potuisset ad persuadē-
dum accommodatam: ut pro immortalium suarū uirtutum meritis
pro tot tamq̄ multarum rerum gestarum gloria si uellet uniuersis
ciuibus rem facere gratam & periucundam: triūphali curru urbem
ingrederetur more maiorum. Ad hæc ille ut erat unus omnīū inge-
nio & miti & uerecūdo & graui: locutus de se pauca & mira cū mo-
destia: Absit inquit: ut ego in patriam meā tam liberaliter ueluti re-
uocatus triūphans ingrediar. Quod si me cupitis pro benignita-
te uestra maxime honoratum: operam date ut omnia pacata inter
uos esse offendam. Cessent ciuiles omnes discordiæ: extinguantur
omnia odiorum incendia: iniuriæ omnes mea gratia condonen-
tur. Quod ut etiā ipsi & priuatim faciatis & publice: ego primus
quicquid est aduersus me meosque perpetratum: aut iniuste: aut
peruicaciter: non ignosco solum: sed omnes rogo atq̄ oro: ut sem-
piterna id obliuione ex animo deleatis: Mecumq̄ in posterum ita
mutuis certetis officijs: ut & uinci & uincere æque sit dulce. Ita di-
uinus ille princeps locutus est. Et quā locutus est: re ipsa præstitit.

FRANCISCI PHILELFI

Quo factū est: ut & oīs ciuiles discordias e medio sustulerit: & uic-
 scēdi flāmas oīs extinxerit: & inimicos oīs reddiderit sibi amiciss-
 mos: adeo ut eius obitū non secus doluerint ac parentis. **S**ed qua
 postremo animi æquabilitate se gessit cū **V**enetis: q̄ āno tertio post
 acceptū soceri **P**hilippi imperiū: pacatis trāquillisq̄ rebus oībus
 ubi cōspirassent cū **A**lphōso rege: maiore hūc belli apparatu ador-
 ti sunt. **Q**uos uni **F**rācisco **S**phortia nō reddiderūt: aut hostes: aut
 inimicos alios apertos: occultos alios. **F**lorētini soli iusticiā partes
 tutati sunt: q̄ auctore **C**osmo medice infracto aīo uiro atq̄ sapiēti
 nullā impense molē: nullū bellicæ fortunæ periculū recusarūt: quo
 illi optimo iustissimoq̄ principi bene p̄spectū esset. **C**um semp de-
 optimus maximus: tū eo potissimū tpe luce clarius ostēdit sibi nō
 esse neglectui uiros bonos & innocētis. **V**eneti em̄ q̄ nullo iure alie-
 nū appetebāt imperiū: suū pene amisere. **N**am prater has duas ur-
 bis **B**ergomū ac **B**rixiā & oppidū unū **C**hremā: oīa quæ in **G**allia
Cisalpina possiderāt iamdiu intra paucos mēses sub unius **F**rācis-
Sphortia ditionē ultro atq̄ alacriter deuenerūt. **I**dēq̄ & **B**rixiani
 & **B**ergomēses **C**hremensesq̄ fecissent: nisi **B**artholomæus collo-
 usus ea qua semp fide cōsueuit: in medio uincēdi cursu ad **V**enetos
 defecisset. **Q**uia ipsa in re bonitas etiā nostri principis prateruenda
 hoc loco certe non est. **D**idicerat **B**artholomæū corruptū pecuniæ
 magnitudine: fugā parare ad **V**enetos: amici & familiares oēs hor-
 tabant̄ imperatorē: ut illū caperet: ne tanta de hoste uictoria iā fere
 parta per unius hominis perfidiā impediret. **I**dēq̄ se facile effecturū
Alexāder **S**phortia frater uir ingenio promptus & intrepidus & in-
 duftrius cōstāter recipiebat. **T**um **F**rācisus: **N**olite me inquit mei
 obliuisci: ut ei male faciā: quē effecerim maximis bñficijs. **N**ā & **S**e-
 nā gallicæ cū esset p̄ **P**hilippo socero: & ego me p̄ id t̄pis cōtinere
Hæsi: audiēs eū prami nō mediocri inopia: octo milib⁹ nummū au-
 reū ei⁹ inopiæ cōsului: q̄s reddidit mihi nunq̄: & mortuo **P**hilippo
 socero: ab q̄ qua clā sentiret cū **V**enetis: fuerat **M**oguncia cōiectus ī
 teterimū illū carcerē: quē nomināt furnū: mea est opera miseria il-
 la oīi liberatus: restitutis etiā oībus eius & bonis & pecunijs: quæ
 in **T**icinēsi arce quā ego iā possidebā: ab ipsius usq̄ captiuitate ser-
 uaban̄. **M**eaq̄ dein q̄ factū est opera atq̄ sponsione: ut a republi-
 ca **M**ediolanēsi cōducere stipēdio & amplo & honorifico. **A** qui-
 bus cū nō multo post trāsfugisset ad **V**enetos cōtempna oīi fidei
 sanctitate quā **M**ediolanensib⁹ sponsoriq̄ dedisset: nō destiti tū ad
 postremū ut uidetis eundē hunc fugientē a **V**enetis: ab quibus ad
 supplicii quærebatur: inermem nudūq̄ excipere: & emolumentis

Philipp⁹ dux
Alphōsus rex
Florentini
Cosmus me-
dices

Bergomum
Brixia
Chrema
Bartholo-
mæus collo

Alexander
Sphortia
Sena gallica
Philip. dux
Hæsis

Moguncia

maximis ac honoribus psequi. **M**alo igitur in tantis beneficijs meis
 rursus falli a **C**ollione quod rationibus ullis adduci: ut falli ab isto cre
 da: praefertim quod ea est uis diuinæ iusticiæ ut nullum sit neque malum im
 punitum: neque bonum irremuneratum. **H**æc **F**ranciscus **S**phortia & beni
 gne & grauius. **C**atez quo **B**artholomæi auuditati occurreret: ei
 belli summam concessit aduersus **B**ergomum: quod eius rei maxime ille ui
 debat cupere. **S**ed neque hoc item pacto mederi potuit ingenio aua
 rissimo ac neque quo minus contempta omni hominum fama deique reue
 rentia: post acceptum grande auri pondus homo unus omnium ingra
 tissimus transfugerit ad **V**enetos. **Q**ui sibi tum rebusque suis nihilo eius
 accessione minus metuens de pace per **P**aulum **B**arbum legatum suum **P**aulus barb⁹
 uirum **P**atricium & illustrem continuo egerunt: quam ipsam princeps mo
 deratissimus non solum non recusauit: sed ultro etiam castella omnia: mu
 nicipia omnia: oppida omnia: quæ iure belli sibi uendicarat: **V**enetis do
 no cessit: quo nihil deesset omnino ad perpetuæ pacis stabilimentum
 ac robur. **I**mitatur sane quod scriptum est: **P**acem meam relinquo uobis: **I**oannis. 14
 pacem meam do uobis. **C**um enim delectaretur omnem per se pacari **I**taliam:
 nihil per se deesse uoluit ad tollendam omnem belli non materiam modo
 sed etiam suspicionem. **A**ltius certe animus eius suspiciebat: qui mor
 talia despiceret omnia: immortalis illius uitæ gloriam beatitudinemque co
 templans: ad quam sola iusticia nos perducit. **E**cce rex tuus uenit tibi **Z**achariae. 9.
 iustus & saluator: inquit **Z**acharias. **I**taque uenit redemptor huma
 ni generis rex **I**esus: ut iustissimum nostrum principem corporeo carcere
 aliquando liberatum pro sua iusticia saluum faceret. **N**am ut recte ac ue
 ro apud **H**omerum ait **E**umæus. **N**on amat iniustos homines qui iusque **H**omerus
 priusque **O**rnat honore deus. **H**aud sane mortuus est **F**ranciscus **S**phor **E**umæus
 tia: qui per tam multa tamque præclara iusticiæ opera se in omnem uitam
 tutatus est: sed dormit: ut de puella inquit **C**hristus. **R**euiviscet enim **C**hristus
 ac resurget in gloria non hac fragili & inani: quam uanæ hominum cir
 cūferunt auras: sed illa potius quam nulla circūscriptura est ætas: nulla
 delatura antiquitas: nullus extincturus interitus. **N**unc omnibus hu
 manæ peregrinationis periculis liber est. **I**am nusquam deus oberra
 re potest anfractibus. **Q**uiescit iam tandem apud creatorem suum omni
 cura sollicitudineque solutus. **N**unc tranquillus: nunc beatus est. **N**am **S**ecunda causa
 quid per immortalē deum tantopere doleamus: **L**ugeant fontes: luge
 antur flagitiosi: quorum animi sempiternis supplicijs cruciantur. **N**am
 quod est cuique apud inferos supplicium metuendum: qui supplicio di
 gnus nihil in uita gesserit: **Q**uin potius nunc posteaque euasit ex hu
 ius uitæ laboribus: quæ stimulis & molestiis & corporis & animi
 nunquam uacat: frui **F**ranciscus **S**phortia uera incorruptaque uolupta

FRANCISCI PHILELFI

- te & gaudio sempiterno: quā quidē corā illū & aspiciet & uidet & cō-
templat: qui solus fons & origo est totius fœlicitatis atq; beatitu-
dinis. **Præterea** nec ullus acerbior est dolor ī morte: quæ aliud ni-
Quarta causa hil est q̄ ultæ priuatio in corpe atq; absentia: ut docet **Aristoteles**:
Aristoteles & id quidē ex corruptione proportionis corporeæ. Nam q̄ diu ele-
mentorū proportio humanū cōtinet corpus: uita animis illud affi-
cit ac mouet. **Ea** si corrūpat: animus ipse incorruptus discedit a cor-
pore: morsq; cōtinuo cōsequit sensu om̄i penit^r sublato. **Quid** igit̄
Arcefilaus stultorū hoīm greges mortē adeo ducunt in malis? **Quæ** ut mone-
bat **Arcefilaus** illustris uir **Academicus**: ut absēs & expectata agri-
tudinis plurimū solet afferre demētibus: ita præsens nemini est mo-
Quinta causa lesta: quippe quæ a perpetuo fopore quodā differat nihil. **Dolere**
aut̄ ex incōmodo proprio hominis est: qui nō tam altē amet q̄ se
ipsum: quicq; a fœneratore differat nihil. **Qui** em̄ ex amissione cō-
modi q̄ sperabat: dolet mortē alterius: gauderet is certe si ex eius
uita incōmodū meruissēt: q̄ q̄ sapientissimus ille princeps a nobis
abiit: ita bene atq; moderate cōpositis rebus suis uniuersorū impe-
riū: ut si quid nobis dolendū est: illud sit sane: q̄ in unius illius obi-
tu innumerabiliū comitatu uirtutū orbatī sumus. **Sed** eo principes
probatissimi uestra futura illustrior est laus: si annitemini ut nulla
uideamini illi bonitate dissimiles. **Ad** hæreditatem succedere fortu-
næ est beneficiū: sed eā res gestarū gloria propagare uestra uirtutis
propriū est munus: quasi nō pluris faciendus sit **Alexander** **Mace-**
Philippus rex do: q̄ ad ultimas usq; terrarū mœtas imperiū propagarit: q̄ q̄
Philippi patris regnū acceperit. **Nos** aut̄ qui sub uestra ditiōe uitā
acturi sumus: eo feremus moderatius illius absentia desiderium: quā
ante oculos ponētes quæ a uobis recte & cū laude gesta fuerint: pa-
trē optimū ī liberis uobis optimis uiuere existimabim^r: & ita nihil
Sexta causa ex ei^r morte nobis esse incōmodatū. **Nec** em̄ mors ī malis habēda
est: quæ cōstitutā oībus ē natura: nec uitā tollit: sed cōmutat corru-
ptibilē hanc atq; ærumnosā in simplicē illā & securā & sempiternā.
Pythagorei **Præterea** q̄ **Pythagorei** monēt: nō absurdū fortasse fuerit audire:
Quos diuina homini dederit fortuna labores:
Quæ tibi fors fuerit: capito neq; ferto moleste.
Anaxagoras **Cui** etiā ipsi sentētiæ astipulat prudēter **Anaxagoræ** discipulus
Euripides **Euripides** ille tragicus: cum ait:
Casus sinistros qui bene tulerit: mihi
Vir optimus uidet: ac sapiēs quidem.
Q̄ si recte rem ipsam interpretemur: neq; illi grauius: neq; nobis
inopinatū quicq; accidit. **Nam** q̄ diu erat peregrinādū in huius ui-

tæ humanæ salebris. **A**ducna ego sum apud te in terra: dicebat **Da** ps. 38.
 uid: & peregrinus sicuti oēs patres mei. **S**iue em̃ mors altissimo sit
 somno p̃similis: siue longæ atq; diurnæ peregrinationi: ut ait **Pla**
 to: ea certe nō bona esse nō potest: cū & animi angoribus & labori-
 bus corporis nos soluit oīo. **A**d hæc an ignoram? quo diuturnior
 est hoīs uita: eo esse calamitati magis obnoxia. **S**tultus profecto &
 amēs ille mihi uideri debet: q̃ cōmunis hoīm casus: & humanæ ui-
 tæ fragilitatē nō extimescit. **S**i **C**yrus clarissimus ille rex **P**ersarum
 post tot tātāq; uictorias potius etiā **B**abylone cōtinuo esset extin-
 ctus: ludibrio **T**omyridi nō fuisset. **I**dem cū de alijs p̃multis & dici
 & cognosci potest: tum maxime de **G**n. **P**ompeio magno: de **G**. **I**u-
 lio **C**æsare: de **M**arco **T**ullio **C**icerone p̃spicuū est: q̃ si iuniores ob-
 issent: inimicorū oculos cladibus suis nō satiascent. **Q**uid t̃m nobis
 afferre quæat maior annoꝝ numerus: quādoquidē si **M**athusalē il-
 lius æquaremus ætatē: q̃ anno q̃rtodecimo post diluuiū morti cō-
 cessit: cū annos nouē & sexaginta supra nongentos uiuisset: nihil t̃m
 ex tanta uitæ lōgitudine nobis aliud supeffet: q̃ maior sarcina pec-
 catōꝝ. **X**erxes ille insolēs & supbus: q̃ cū quinquies decies cētēnis
 hoīm milibus **H**ellesponto **B**osphororū cōstratis: & **A**tho uelifica-
 to traiecit in graciā: cū ex altiore loco suū oēm cōspicaret exercitū:
 illachrymassē tradit: qm̃ diceret post centū annos se ex tanta multi-
 tudine uisurū neminē. **Q**uæ em̃ ulla t̃pis lōgitudo cū æternitate cō-
 tēdat: **S**i rōnerē malim? q̃s ullo ñro uel cōmodo expēdere: uel libi-
 dine: satis sibi **F**rācis̃ci **S**phortia: satis gl̃iæ: satis naturæ uiixerat: q̃
 tantis & tā multis rebus sūma gestis cū laude: regno pulcherrimo
 nō cōparato solū: sed etiā stabilitō ānos uiixerit q̃ttuor & sexagita:
 mēsis septē: dieb? q̃ttuordecim: relicto tā fœlici filioꝝ coetu una cū
 uxore speētatissima: prudētissima: optima in tāta **I**taliæ pace: quā
 ipse peperat solus: in tāta illustriū ciuitatū potētissimorūq; regū ac
 principū societate & amicitia: q̃s suis sibi maximis deuinxerat bñfi-
 cijs. **Q**uid aut̃ mirari quēq; oportet: si naturæ ad cōstitutā diē quā
 præterire nō licebat: debitū soluerit: q̃ natura mortalis erat? **M**or-
 tuus est in q̃s tempestiue **F**ranciscus **S**phortia: non minus q̃ fortu-
 nate: id quod ex eius natalis **H**oroscopo dignosci etiā licet. **Q**uas
 ob res (ut tandē aliquādo peroremus) quæ mea sit sentētia: cogno-
 scite obscuro moderatissimi principes. **S**atis ut opinor modo osten-
 dimus quæ i hac uita mortaliū optari cuiq; fœlicitas potest: eā ita
 uni **F**rācis̃co **S**phortia cōtigisse: ut fieri maior nulla quiret accessio.
Nam & animi bonis & corporis unus omniū polluit maxime. **F**or-
 tunā habuit semp̃ splēdidissimis uirtutib? suis: adeo in rebus oib?

Cyrus rex
Babylon
Tomyris
Gn. **P**ompeius
G. **I**ulius
Marcus **T**ullius
Cicero
Mathusalē
Xerxes
Hellespōtus
Bosphorus
Athos
Gracia

Italia

Horoscopus
Conclusio ge-
 neralis per enu-
 merationē &
 amplificatio-
 nem.

FRANCISCI PHILELFI

obsequente: ut ea pro arbitrio uti uideret. Aliud nihil erat reliquū qd' optaret præter eam beatitudinē quæ nulli fortunæ: nulli corruptioni subiecta est. Hanc illū post mortē adeptū esse cui sit ambigendum: Non em̄ solū eas uirtutes cōsecratus est semper dum uixit quibus itur: sed multo etiā studiosius quibus peruenit ad deū. Nā religione: sanctimonia: pietate nihil apud se unq̄ antiqui? esse uoluit. Nō tenebat solū: sed etiā prædicabat diuinā esse iusticiā: qua & iusti in altera uita pro his laboribus præmia reciperēt: q̄s hic inique perpeffi essent: & iniusti pro impijs opibus plecterent. Nullus unq̄ dies illuxit ne belli quidē & inter insidias hostiū: quin genibus nudis humi nixus nō deuotas ac supplicis minus q̄ plixas oratiōes haberet ad deū. Nunq̄ præterijt dies quo minus religiosi officijs atq̄ sacrificijs interesset. Idq̄ ab ineunte usq̄ ætate. Nunq̄ em̄ aut ineptis ludicris: aut tripudijs & saltationibus delectatus est: sed ad probitatē suas om̄is actiōes ad deūq̄ referebat. Eius fide sanctius nihil erat: Nemini unq̄ opus negauit misericordiæ: ne inimic' qdē. Viros rerum diuinarū peritos nō minus uenerabatur pie: q̄ audiebat libēter. Et ne sim longior q̄ par est: cōuocarat Pius secūdus pōtifex maximus annis superioribus in cōuentū illū Mantuanū principes om̄is regesq̄ christianos ad cōsultandū de constituēda expeditione aduersus impetū imānitatēq̄ Turcorū: qui capta iam & di-

Pius pō. max.

Turci ditione aduersus impetū imānitatēq̄ **Turcorū**: qui capta iam & di-
Pānonia repta inferiore **Pānonia**: **Italia** ueluti portis imineret. **Cateri** christianæ reipublicæ potentatus: & hi quidē pauci miserunt oratores: qui aliud nullū præter uerba inania adiuuētum afferrēt ad opus tam piū: tam necessariū: tam salutare. At solus **Frānciscus** **Sphortia** nō oratores misit: sed ipse uenit cū uniuersa aula & illustri sua illa nobilitate: quæ uniuersam Romanā curiam illustraret. Is inq̄ **Frānciscus** sua illa grauissima & maiestatis plena oratione præfens corāq̄ pollicitus est nō solū expositū ire facultates om̄is atq̄ uires suas ad propulsandā & profligandā uim oēm conatusq̄ **Turcorū**: sed iturū etiā sese cū exercitu pro ipsius summi pōtifcis uoluntate: neq̄ ullū nō modo imperatoris: sed ne militis quidē: aut laborem: aut uitæ periculū om̄issurū pro libertate atq̄ amplificatiōe & splendore fidei christianæ. Et dubitabit quisq̄ de huius pientissimi principis cælesti beatitudine apud christū: q̄ christi opera p uniuersam uitā representarit. Nec em̄ eū mors offendit incautū: qui sexta feria nonis Martijs: cuius postridie euolauit in cælū: coniectis deuotis tranquilliscq̄ oculis in saluatoris imaginē: quā tabula depicta e regione lecti cōtinebat. Ait miti uoce ac supplici: Vis ne domine ita om̄ino: Fiat ergo uoluntas tua. Quare positis lamētis omnibus &

Christus

querelis: nō tam nobis dolendū est q̄ talē principē amiserimus: q̄
 letandū q̄ talē habuerimus cuius mirificas imortalisq̄ uirtutes
 si semp aīo uolutabimus: easq̄ apud oēs quotidie crebris sermoni
 bus usurpabimus: incredibili profecto mihi credite: uoluptate deti
 nehimur. Nam quid tm̄ doloris mors cuiq̄ potest afferre: in q̄ ipsa
 nō solū nulla est iusta lugendi causa: ut modo probauimus: sed etiā
 cū alia pluraq̄ bona insunt: tum illud imprimis qd̄ & uitia sepelit
 (ut inquit **Ambrosius**) & uirtutes suscitāt: Itaq̄ rectissime scriptū **Ambrosius**
 est: **Moria** aīa mea in animis iustorū. Si **Aristippus** ille **Cyrenaic**: **Aristippus**
 quo hūmanā uitā cōsuleret: quicqd̄ auri: quicqd̄ nūmōz habuit:
 dicē abicisse: nos ut in cālo sempiterni futuri simus: uitā hāc insta
 bilē & incertā tantopere tuebimur: Si **Menicēus** **Thebanus**: si rex **Menicēus**
Athenaz **Codrus**: si **Phileni**: si **Curtius**: si tres illi **Decij** pater fili⁹ **Codrus**
 ac nepos: si alij nōnulli uiri magni & clari inani ducti glia huiusmo
 di spōte morti se dederūt: nos ut gloriā cālestē adipiscamur: mor
 tē hanc adeo doleamus: quæ uel naturæ cursu obuenerit: uel dono
 om̄ipotētis dei prouidētiaq̄ cōtigerit: Sed ne si lōgior fuero: maio
 rē uobis patres cōscripti auliciq̄ ducales ac reliq̄ nobilissimi ciues:
 q̄ ad uos tandē solos nostra se cōuertat oratio: acerbiorē ex recorda
 tiōe illius nostri amissi principis dolorē incutiā: cū om̄e uulnus eo
 magis exulcerat atq̄ recrudescit: q̄ attrectat magis: Hoc ego loco
 finē dicēdi faciā: si unū illud uos pri⁹ cōmonuero: p̄pterea esse oēs
 reliquias ægritudinis ex animis nostris radicit⁹ extirpādas: q̄ nō
 mō nō est mortuus **Frāciscus** **Sphortia**: sed uiuit adhuc: uigetq̄ ac
 sapit: & in dies magis magisq̄ adolescit: cū in reliquis suis liberis &
 sua prāstanti indole: & spe paternæ p̄bitatis insignibus: tū potissi
 mū in excellētissimo duce nostro **Galeacio** **Maria**: cuius tātus inge⁹ **Galeacius** **Ma**
 nij splendor: tanta magnitudo animi: tanta oīonis maiestas: tanta
 in deū ueneratio: tāta iusticia: tāta benignitas: tm̄ honestat⁹ studiū:
 ut certo sperare iā liceat hūc paternā gloriā oēm nō æquatur: me
 do: sed etiā nō secus superatur: q̄ ab **Achille** canit **Pelleus** supat⁹. **Achilles**
Nā de huius matre **Blanca** **Maria** regina nostra: quid attinet plura **Pelleus**
 meminisse: cui⁹ innocētissima uita sanctissimiq̄ mores apud ipsos **Blanca** **Maria**
 etiā hostis sunt uenerabiles: Quotiēs in hos coniecerimus nostros
 oculos ac mentē cū nostræ fidei sinceræq̄ pietat⁹: fungemur officio:
 tū diui **Frācisci** **Sphortia** humanitatē: beneficentiā: absolutissimā **Franci**. **Sphor**
 q̄ uirtutes iucū dissima cū animi uoluptate in memoriā reuocabi
 mus. Nam qd̄ in me est: unū illud uobis polliceor: promitto: spon
 deo: q̄ tum prāstare ingenij potero uirib⁹: q̄ tum lingua resonare:
 q̄ tū arūdine latine grāceq̄ scribēdo cōsequi: aut oratoria aut poe
 d

FRANCISCI PHILELFI

tica facultate: semper unus apud me **Franciscus Sphortia** memorabitur: audietur: legetur: ut non mortuum minus q̄ uiuū ab uno **Francisco Philelfo** & amatum illum & obseruatum & celebratum praesentem omnes uenturiq̄ cognoscant.

Hæc quidē oratio habita est ab eodē **Francisco Philelfo** equite aurato laureatoq̄ poeta i ecclesia cathedrali **Mediolani**: die lunæ. vii. Idus **Martias**: Anno a natali **Christiano Millesimo** quadringētēsi mosexagesimoseptimo.

Francisci Philelfi Oratio habita in funere diuæ uiraginis Blancae Mariæ Mediolanensiu ducis. II

Galeacius Maria **I**n Vnq̄ futurum existimarā: **Patres** conscripti: ut nostro huic inuictissimo atq̄ optimo principi **Galeacio Mariæ Sphortia** consolator accederē in luctu tam inopinato: tanq̄ immaturo clarissimæ indulgentissimæq̄ matris ac uiraginis indytae **Blacæ Mariæ**: q̄ qdē una ex uniuerso mulierū oīm genere nihil ataf nra pulchri⁹ tulit: nihil illustri⁹: nihil præstati⁹: nihil meli⁹: nihil uenerabilius: nihil deniq̄ ex omni parte perfecti⁹. Nam & si norā illā esse natura mortālē: tamen cum mecum ipse tacitus cogitarē quanta foret uitæ continentia: quanta frugalitate: quanta in rebus oīmibus moderatione & ordine: minime profecto dubitare poterā homo septuagenarius iam & amplius me nunq̄ eius funeri interfuturum: quæ nondum absoluisset ætatis annū quartum & quadagesimum. **Sed inanis est** prorsus atq̄ irridenda nostra oīm humana prudētia: ut uelimus nobis certi quicq̄ incerti ue polliceri: qui qua hominis parte mortales sumus oīm mutabilitati: infirmitati: corruptioni subiaceamus. Itaq̄ non possum non misereri & humanæ conditionis: & ipsius mei qui in id miseriæ incidere: ut eius sim funus deploraturus: in cui⁹ uita certissimū mihi liberisq̄ meis praesidium collocarā. **V**enio ne ipse te laudaturus mortuā **Blanca Maria**: quæ ob innumerabilis tuas diuinasq̄ uirtutes digna fueras ut nō morte solū: sed mortis oīm uacares suspitiōe: Nā q̄ magis atq̄ magis tuā probitatē & morum integritatē: pudicitia: innocentia: fidem: pietatē sanctimoniāq̄ considero: eo me maior ex obitu tuo mœror adeo inuadit: ut quid de te primū locuturus sim nesciā. **Fulgor enim patriæ parentūq̄ claritudo**: ac cætera oīm quæ sub fortunæ imperio posita censentur: tamen si magna in te fuerant & excelsa: hæc tamen alia sunt: ut propria nequeant cuiusquā bona ap-